Utrum vniuerſalia exiſtant in intellectu. Rñdeo duplex vniuerſale:cōplexū: incomplexum. cōplexu₃ eſt propoſitio vniuerſalis pōne vel natura. poſitiōe rōne ſigni diſtribuentis ſubiectum. natura vero ratione cōtinue veritatis q̄rūcunq₃ illius ſingulariu₃. ſic loquitur Auerrois primo priorum. capite ſeptimo. de hoc vniuerſali Ariſto. ſecūdo poſteriorum dixit:eſt vnum preter multa. quoniam veritas vniuerſalis a ſingularium veritate diſtinguitur. ⁊ eſt principium artis ⁊ ſcientie. Ubi Auerrois aut cum formantur forme in eo qđ extrahat ex eis ſimilitudinem:que eſt inter eas: ⁊ ex hac ſimilitudine prouenit intellectu₃ vniuerſale anime: vniuerſale igitur intellectū anime eſt propoſitio vniuerſalis. ſimilitudo ex qua prouenit vniuerſale eſt conuenientia ſingulariu₃ propoſitionū per experientiam habitaru₃. prouentus eſt effectiuitas inſtrumentalis: qua₃ habet antecedens ſuper conſequens. Ille in quo formantur ſingulares propoſitiones habēs vim extrahēdi ſimilitudinem inter eas eſt homo: qui experitur. ⁊ tunc propoſitio elicita:aut formatur ex rebus volūtarijs. ſ. ex his quoru₃ nos ſumus principium per voluntate₃. ⁊ tūc propoſitio eſt principium artis. i. principium operādi. aut formatur propoſitio ex inuentis per naturam: ⁊ tunc propoſitio eſt principium ſpeculandi. Uniuerſale autem incomplexum duplex:in eſſendo:in predicando. vniuerſalia in eſſendo ſunt intellectus:quoru₃ ſolum poſſibilis nō in intellectu eſt:quia pura potentia in aliquo genere nō eſt receptibilis in aliquo illius generis:quia tūc pura potentia daretur potentialius in eodem genere. Eſt autem intellectus poſſibilis humanus pura potentia in genere intelligibilium. vt dixi in libro de intelligentijs. Aliȷ̓ autē omnes intellectus inferioribus intellectibus ꝯſerti ſunt. Correlariu₃: aliquod vniuerſale in eſſendo eſt extra animam. ⁊ aliquod eſt in anima. Intellectus ſunt vniuerſalia quia abſtracta ſunt. non tamen per alterum: ſed ꝑ ſe. ⁊ ſunt dicibilia de pluribus:quāuis impoſſibile ſit ibi eſſe multitudinem ſub ſpecie. dixit enim Auerrois primo celi. cōmento. 92. Celitas enim dicitur de pluribus indiuiduis. ⁊ ſicut hec inuenitur in pluribus partibus huius celi:ita non eſt longe quin inueniantur plura indiuidua totius celi. Eſt autem celitas forma celi: ⁊ eſt intelligentia. vt in libro de orbibus dixi. quia igitur huiuſmodi predicabilia impoſſibile eſt predicari de multis: vocaui ea vniuerſalia in eſſendo. Uniuerſale in predicando duplex: in potentia:in actu: vniuerſale in potentia duplex: propinqua:remota. vniuerſale in potentia eſt forma mālis: ſubſtantialis vel accidētalis dicit̃ vniuerſalis in potētia. q₂ nō eſt abſtracta de ſe:ſed abſtrahi poteſt ab itellectu agēte. ⁊ ſic p₃ ꝙ materialia intelligūtur per aliud: q₂ per intellectum agētem eoꝝ formas a materia abſtrahētem. ſ₃ tamen ſunt intelligibilia ꝑ ſe:q₂ eoꝝ nā. ſ. forma eſt abſtrahibilis. dicit̃ vniuerſalis in potētia remota: q₂ ad hoc vt poſſit forma materialis abſtrahi ad eſſe vniuerſale:o₃ eā prius abſtrahi ad eſſe ſingulare itētionale. ſ. vſq₃ ad cogitatiuā īcluſiue. ⁊ ſic p₃ in remotōe ab eſſe vniuerſali ordo ⁊ gradus:q₂ forma ſaltē. ſenſibilis hab₃ eſſe in ſubiecto:in medio:in ſenſu exteriori:⁊ interiori. Corᵐ. aliquod vniuerſale in potētia remota eſt extra animā. p₃ de forma q̄ naturaliter eſt in ſubiecto:aut extranee in medio. l₃ ipſa nō dicatur vniuerſale:niſi per reſpectu₃ ad intellectu₃:que₃ formare poteſt. Ul'e in predicādo in potentia propinqua eſt forma mālis in eſſe itētionali in imaginatiua ⁊ cogitatiua virtute. primo eſt hoc vl'e in potētia:q₂ aptū eſt itellectū formare:⁊ nōdū ē abſtractū vniuerſaliʒāte abſtractiōe. q₂ hec abſtractio vl'iʒās ſolum ab intellectu agente fit trāſferente formā de eſſe fantaᶜᵒ ad eſſe itellectu₃. Eſt autem in potētia ꝓpinqua: q₂ nulla alia preuia diſpōne idiget fantaſma vt in itellectū poſſibilem ſit trāſferibile. Corᵘᵐ. aliqđ vl'e in potētia propinqua eſt in ſenſu:ſ₃ iteriori:cū eni₃ eſt forma in ſenſu exteriori: adhuc remote eſt vniuerſalis. l₃ nō remotiſſime:nō tñ dicit̃ fantaſma vniuerſale:niſi q₂ poſſibile eſt ipſum eſſe tranſlatum ad intellectū. Uniuerſale in actu eſt forma mālis formās intellectu₃ poſſibilem. ⁊ hoc eſt actu vl'e:q₂ eſt abſtractum vniuerſaliʒāte abſtractōe:⁊ in predicādo appropriate. q₂ cū predicabilitate de multis eſt ex parte rei poſſibilitas multitudinis ſuppoſitoꝝ ſimul vel ſucceſſiue. Corᵐ. ſolu₃ in intellectu poſſibili reperibile eſt hoc vniuerſale apud Auerroim:q₂ nulla alia itelligētiaꝝ ꝑ reꝝ māliu₃ intentiones intelligit. Sed eaꝝ eſſentia eſt earum inteᶦᵒ. vt in libro de intelligētijs dixi. pōt aute₃ iſtud vniuerſale dici ſpecies intelligibilis: q₂ eſt forma obiecti intelligibilis: in eſſe tamē ſpirituali extraneo:intelligibili. nō autē in eſſe nāli:māli:reali. Qđ aūt hec duo eſſe rebus cōueniant. p₃ ab Ariſtotele primo celi. textu cōmēti. 92. ⁊ 95. ⁊ ſeptimo meta. textu cōmenti. 23. ab Auerroe aute₃ in pluribus locis. vt alibi deo dante ⁊ magis de intētione adducemus. Tum quia iſtud vniuerſale eſt ſimilitudo obiecti. Dixit enim Auerrois. 12. meta. cōmento. 4. intellectum accipere cōſimilitudine₃ inter particularia: quia iſto aſſimilat̃ intellectus obiecto. quia intellectus ⁊ obiectu₃ eade₃ forma formātur. per itellectu₃ eni₃ anima eſt intelligibilia. tertio de anima. textu cōmēti. 37. quia per ſe intelligibilium receptiuus eſt intellectus ſimilitudinu₃. Cauſa igitur efficiens vniuerſalis in actu in predicādo eſt intellectus agēs:non adiutus ab alio:quamuis fantaſmate. vt dixit Auerrois primo de anima. cōmēto. 8. ſed non eſt agēs ꝓprie. q₂ preexiſtebat res:ſed nō in eſſe: qđ acquirit ab intellectu. aut ſi in illo eſſe erat:nō erat cōtinuata cu₃. a. fantaſmate: cum quo nūc cōtinuatur. Eſt igitur trāſferēs intellectus agēs de potētia intellecto ad actu intellectum. Hoc voluit Auerrois ſeptimo phyſicoꝝ. cōmēto. 20. dicēs ipſum eſſe comprehēſionem in nobis:nō aliquid factū in ſe:ſed in reſpectu ad nos. Cauſa materialis ſubiectiua eſt intellectus poſſibilis: que melius dicitur locus. tertio de anima. textu cōmēti. 6. quia accidētibus in eſſe reali datur ſubiectu₃ cui inhereāt: ⁊ formis materialibus de quo extrahātur. ſed eiſdem in eſſe intētionali non. ⁊ preſertim vniuerſali. forma₃ aute₃ nō habet vniuerſale: cu₃ forma ſit: licet per modū materie ſe habeat ad intellectū agētem. tertio de anima. textu cōmenti. 36. ſed tamē ſecūdum naturam itellecti hec forma diuerſificat̃. alia enim eſt forma ſimplex: alia compoſita ⁊c̃. Uniuerſalis autem finis eſt: vt preparet intellectu₃ poſſibile₃ ad deum recipiēdum: aut receptu₃ cōſeruandum. Qđ igitur vniuerſale ſit in nobis: dum intelligimus: experimur. omniſq₃ ipſu₃ ſcientia preſupponit. Quid aute₃ ſit. dixit Ariſtoteles primo poſterioꝝ. textu cōmēti. 25. eſt vnum de multis. ⁊ primo peryhermenias eſt in multis natū predicari. ⁊ primo de partibus animaliu₃: que in pluribus ſunt: hec vniuerſalia appellamus. Eſt igitur intentio que omne predicamētu₃ tranſcendit. dixit enim Auerrois. 12. meta. cōmento. 4. Et facit. ſ. intellectus ea. ſ. vniuerſalia: vnam intentionem. vnde primo metaphyſice. commento ſeptimo. Auerrois declarans ſpeciem dixit. intentio in qua cōmunicant: ſupple indiuidua. eſt ſpecies. Quale autem ſit: p₃.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quia eſt ſpirituale:formatiuum:repreſentatiuum:preparatiuū intellectus. Propter quid autē ſit patet:ſcilicet vt res materiales cum ſuo primo principio vniat ⁊ coniungat. Corruptibilium enim natura cum deo continuabilis eſt:a quo exiuit in eſſe:non autem ineſſe reali: ſed in eſſe intentionali ⁊c̄.

¶ Expletis terminorum ſignificationibus:cauſis : ⁊ queſtionibus:ſoluenda ſunt dubia. Primo ex natura vniuerſalis in ſe. Utrum vniuerſale ſit nomen tantum. Reſpōdeo ꝙ non per Auerroim primo metaphyſice. commento ſexto. Sunt enim:qui ſic dicūt:ſcientiarum deſtructores.quia eiſdem terminis vocalibus ſcriptis aut mentalibus:ad placitum tamen ſignificantibus: vtitur doctus ⁊ indoctus:carens ſenſibus:⁊ habens eos: ⁊ ſic nō neceſſe eſſet: deficientie ſenſu: deficere nobis ſcientiam illius ſenſus : qđ eſt contra philoſophum primo poſteriorum. Quare dicendum eſt intētiones rerum apud doctū reperiri:quibus indoctus caret. Dicendum tamen.ꝙ certū genus vniuerſalium analogicorū:vt ens:ſubſtātia : ſpiritus corpus.ſunt termini:⁊ nomina tantū.⁊ nō ſunt intentiones rerum naturaliter ſignificantes importata per ipſa.ſimiliter de equiuocis dicendum:ſi vniuerſalia appellarentur.generaliter enim omne corruptibili cōmune ⁊ incorruptibili.⁊ etiā omne incorruptibilibus appropriatū:cōmune tn̄ multis:eſt analogū:⁊ non vniuocum.

¶ Secundo.vtrum vniuerſale ſit ens rationis. Reſpondeo.non quia ſit fictum a ratione.quia intentioni reſpondet ſignificatum ex parte rei.ſed eſt ratiōis vniuerſale in actu.quia ab intellectu eſt:⁊ in intellectu.

¶ Tertio.vtrum vniuerſale ſit reſpectiuum. Reſpōdeo. reſpectiuum.per Auerroim primo metaphyſice. cōmento.z8. auctoritate veridicantium ſpecies ſunt relatiue. ⁊ non ſunt exiſtentes per ſe. Item ſeptimo metaphyſice. commento.48.vniuerſale eſt in capitulo ad aliquid. Itē io.metaphyſice cōmento.zi.ſcientia dicitur ſecundū relationem ad ſcitum.eſt autem aliquod vniuerſale ſcientia ⁊c̄. Item quinto metaphyſice.cōmēto. zo. intellectus in ſua ſubſtantia eſt relatiuus.ſed non eſt in ſubſtātia intellecti.quia intellectus ſpeculatiuus eſſentialiter refertur:ſed intellectum accidentaliter.quia intellectū nō eſt de natura ſua intellectū:ſed per aliud efficitur itellectū.

¶ Quarto.vtrum vniuerſalia ſint ſcientia rei. Reſpōdeo ꝙ ſic.per Auerroim primo metaphyſice. cōmento. z7. diſtinguentem comprehenſionē vniuerſalem a ſingulari.Comprehēſio vniuerſalis eſt ſcientia ſingularis in potentia.comprehenſio autem ſingularis nō eſt ſciētia. Itē Auerrois in libro de beatitudine anime. intellectus ſpeculatiuus eſt ſcientia in potentia. Item Auerrois.iz.metaphyſice.cōmento.5i.remouet ſcientiam vniuerſalem a deo.quia vniuerſale non eſt niſi ſcientia ſingularis in potentia.potentia autem non eſt in deo.

¶ Quinto.vtrum vniuerſale ſit extra animam in re abſtractum. Reſpōdeo ꝙ non.per phyloſophum primo de anima.textu cōmenti.8. Uniuerſale:aut nihil eſt: aut poſterius eſt.quia platonicum vniuerſale:aut nihil eſt : aut eſt poſterius ſingulari ſenſibili.qꝛ ſi precederet ſingulare.ita ꝙ eſſet cauſa rei ſenſibilis : non poſſet intelligi res ſenſibilis:niſi nobis probatum fuiſſet ꝙ idea eſt. quemadmodum probatū eſt ꝙ materia ⁊ forma eſt.cōſequēs eſt falſum:quia notum eſt ſingulare.⁊ nō idea.patet ꝯn̄a: qꝛ non perfecte cognoſcitur cauſatū:ignorata illius cauſa.nō eſt autem idea ſimul cum ſenſibili re.quia ponitur idea icorruptibilis:ſenſibile vero corruptibile.ergo poſt eſt.phyloſophus etiā primo poſteriorum.capite i9. Haudeant ſpecies platonis:monſtra enim ſunt.quia non ſunt a natura intenta: non enim moueri poſſunt:quia non corporee:neq̄ corpori affixe:neq̄ mouere:qꝛ abſtracte ſunt non formantes corpus.patet ſeptimo metaphyſice.commento.3i.⁊.z8. Sed ꝙ prima pars diſiunctiue vera ſit.pꝫ ratione Auerrois tertio de anima.cōmēto.i6. Si vniuerſalia eſſent in re abſtracta:res intelligerent. patet conſequentia:quia res in ſe intellectionem haberent. eſt enim res abſtracta intellectus.ſecūda ratio Auerrois.tertio de anima.commento.i8. Si vniuerſalia eſſent in re abſtracta:non oporteret ponere intellectum agentem.pꝫ conſequentia:quia ſolum ad abſtrahendum inuentus eſt itellectus agens.ex hoc patet quare Ariſtoteles enumerans predicamēta.tertio phyſicorum.textu commenti.3.⁊.i7. ſubſtantiam enumerat per hoc aliquid.⁊ alia predicamēta non ſic.quia plato non ponebat ideas accidentibus: ſꝫ ſubſtantijs.vt igitur per ſubſtantiam non intelligerētur idee platonis:dicebat hoc aliquid:quod eſt nomen indiuidui. Similiter patet quare:ſecundo de anima.textu cōmenti.z. Ariſtoteles formam diffinit per eſſe illā qua aliquid eſt hoc.⁊ tunc certum eſt formā non eſſe ideā.idē colligitur.iz.metaphyſice. textu commenti.i4. Or ſi dixit phyloſophus.ſecundo de anima.textu commenti.68. Eadem eſt natura cōmunis vtriq̄.ſ.celo ⁊ aeri: intelligit ꝙ vtrumq̄ eſt diaphanum. Saluatur etiā generationis vnitio abſq̄ natura cōmuni:per eſſe genitum eiuſdē ſpeciei vel generis propinqui cum generāte.ſimiliter in ſpecie athoma eſſe comparationem:ſeptimo phyſicoꝝ.textu cōmenti.z4. Conuenientia quoq̄:licet ſit ſimilitudo: vel in ſubſtantia:vel opere:vel accidente:ꝯtrarietas autē diſconuenientia:aut repugnantia:non requirit fundamētum aliud in re ab ipſis indiuiduis met.penes autē quid rerum perfectiones menſurentur.dixi in fine libri de intelligentijs.poteſt enim indiuiduum perfectioris ſpeciei eſſentialiter menſurare minus perfectam ſpeciem. quāuis non eſſentialiter menſuret indiuidua proprie ſpeciei. Neq̄ etiam propter hoc differentia numeralis eſt eque magna diſtinctio:qꝛ plus vel minus differunt aliqua indiuidua.poſſunt etiam alia indiuidua pluſquam numero diſtingui:abſq̄ hoc ꝙ ponatur natura ſpecifica extra.pꝫ ex diſtinctione indiuiduorum per principia eoꝝ intrinſeca. ¶ Natura etiam intendens conſeruare ſpeciem : prime intentionaliter intendit.verbi gratia. hominem:non quia cōſeruet vniuerſalem hominē:ſed qꝛ cōſeruat indiuidua.vt ꝙ ſemper ſit homo aliquis vel aliqua. Qđ ſi dixeris extra animā reperitur propria paſſio.vt riſibilitas. ergo extra animā reperitur ſubiectū:cum quo conuertitur. Reſpōdeo.non datur paſſio vniuerſalis extra aiā: ſed in intellectu ipſa reperitur.⁊ ibi habet ſubiectū:cum quo ꝯuertitur. Or ſi auerrois quarto phyſicoꝝ. cōmento.z.diffinitio cōmunis declarat hāc naturam cōmunē. pꝫ ꝙ per non habēs naturā cōmunē intelligit Auerrois equiuocū.⁊ per habēs eam: vniuocū.⁊ ꝑ appropinquās non habenti naturam:analogum.

¶ Sexto.vtrū vniuerſalia ſint extra animā. Reſpōdeo ꝙ nō. Auerrois ꝑmo de anima. cōmento.8. diffinitiones non ſunt rerum vniuerſaliū extra aiam exiſtētiū:ſꝫ particulariū. Si autem eſſent res vniuerſales extra:eorum eſſent diffinitiōes. Cōtra Auerrois ibi intellectus agens facit in particularibus vniuerſalitatē. g̃ in particularibꝰ eſt vniuerſalitas.g̃ extra animā eſt. Reſpōdeo. nō eſt in eis ꝑ formalē inexiſtētiam.ſed in eis:qꝛ eoꝝ eſt illud vniuerſale. Cōtra Auer.ꝑmo phyſi.cōmēto.z8.genus ⁊ dr̄ia ſunt entia in rei veritate:⁊ precedunt rem in eſſe. Reſpōdeo.prioritas vniuerſaliū eſt prioritas in intellectu iuxta Auerroim.iz. meta.cōmento.z7.



¶ Septimo.vtrum vniuerſalia ſubſtātiaꝝ ſint ſubſtātie. Reſpondeo ꝙ non: per Ariſto.ſeptimo meta.textu ⁊ cōmento.45.⁊.54.qꝛ ſubſtantia cuiuſlibet rei eſt ei ꝓpria: nullum vniuerſale eſt ꝓprium ſingulari. Item cōmento 57.nulla ſubſtantia eſt cōe:vl'e eſt cōmune. Tertio nulla ſubſtantia eſt in pluribus.vniuerſale eſt in pluribus. idē cōmento.58.idem Ariſto.⁊ Auerrois.io.meta.textu commēti.6.impoſſibile eſt vt aliquod vniuerſalium ſit ſubſtātia:qꝛ impoſſibile eſt vt aliquid ſit cōe pluribus : niſi ſm̄ ꝙ in anima tm̄.intelligo hec de vniuerſali in predicādo appropriate.ꝑpter cōmunitatē intellectus poſſibilis apud Auerroim. Suppoſito autē ꝙ vniuerſale ſit intētio.tunc vniuerſale non eſt ſubſtantia rei. qꝛ intentiones ſunt res velocis tranſmutationis:⁊ nō fixe.tertio de aīa. cōmento.39. Ergo nihil eſt fixū. Ratio eſt Auerrois primo meta.cōmento.45. Item intentiōes ſunt qualitates anime ipſam formantes: ⁊ denominantes intelligere: ſi igitur eſſent ſubſtantie:tunc ſubſtātia componeretur ex qualitatibus.quod eſt impoſſibile.ratio eſt Auerrois ſeptimo meta.cōmento.47. Quod ſi eſſentiā intellectū formantem conſideraueris quantum ad eſſe reale:qđ habet in materia:tunc aliquod vniuerſale eſt ſubſtātia : aliquod vero accidens.forma enim ⁊ ſubſtantiali ⁊ accidētali formari poteſt intellectus poſſibilis. Or ſi dixeris ꝙ ſubſtantia non eſt in ſubiecto. Ariſtoteles in predicamētis.verum ſm̄ ſuum eſſe reale.

¶ Octauo.vtrum vniuerſalia ſint forme. Reſpondeo cōpoſitum duo dicit.materiam:formam:materia non eſt in anima.qꝛ potentia non format.qꝛ potentia nō eſt actus. Or ſi.iz.meta.cōmento.i4. materia non habet eſſe extra animā ſm̄ hunc intellectum.quia eſt communis.dico ꝙ materia eſt in intellectu per intentionē ad placitū ipſam ſignificantē.ſed non per intentionem eam naturaliter ſignificantem.compoſitū etiam non eſt in anima.qꝛ lapis non eſt in anima.tertio de anima.textu cōmēti.38. quia potentia ⁊ materia eſt pars compoſiti: que a ſe ipſa abſtracta eſſe non poteſt forma igitur eſt in anima. ⁊ ſic vniuerſale eſt forma. Unde Auerrois ſeptimo metaphi. cōmento.30. Artificium non eſt niſi forma generati. ſicut eſt in naturalibus. Item primo meta.cōmento.z7.⁊ ſunt forme.⁊ loquitur de comprehenſionibus vniuerſalibus.⁊.iz.meta.cōmento.i4.forma eius:qđ fit:eſt in anima. Forma autem equiuoce dicitur de forma vniuerſali:que declarat quidditatem ſpeciei.⁊ de forma particulari:que eſt forma materie demonſtrate. Auerrois ſeptimo meta.cōmento.35.eſt autem vniuerſale forma declarans. Auerrois etiam ſeptimo meta.cōmento.37. diffinitio eſt intentionis vniuerſalis:⁊ forme vniuerſalis:⁊ proprie:non cōgregati ex materia ⁊ forma.⁊ de genere ⁊ differentia.dixit ſeptimo meta.cōmento.43.genus eſt forma vniuerſalis:differentia vero particularis.⁊ quamuis de genere dixit Auerrois.cōmento.i7.primo meta.ꝙ eſt medium inter actum ⁊ potentiam:intelligit ꝙ eſt forma ſub eſſe imperfecto.

¶ Nono.vtrū vniuerſale a natura denominata differat. Reſpondeo.in vniuerſali duo inueniuntur:materiale : ⁊ eſt natura tranſlata:formale:⁊ eſt eſſe intentionale datū nature ab intellectu.dico natura.quia eſt forma. dico igitur ꝙ non re differt.ſed formaliter ſeu ratione.⁊ ſic intelligo Auerroim primo celi.commēto.9z.forma eſt ſubiectum vniuerſalitatis.⁊ Auerroim 5° meta.cōmēto.30. ꝙ genus ⁊ differētia accidūt forme:ſcđm ꝙ forma eſt.

¶ Decimo.vtrum vniuerſale quantū eſt de ſe:non eſt in intellectu:nec extra.ꝙ ſic videtur.qꝛ ꝙ ſit extra:ab agente naturali eſt reducente materiam de potentia ad actū. Et ꝙ ſit intra intellectū:ab intellectu agēte eſt transferente formā de eſſe ſingulari ad eſſe vniuerſale. Reſpōdeo.differentia eſt inter non eſſe de ſe hic.⁊ de ſe non eſſe hic.prima eſt negatiua indicans naturā non trahi ad exiſtentiam naturalem a ſe ipſa.⁊ hoc eſt verum.ſecunda indicat negationem per ſe conuenire nature:qđ nō eſt poſſibile.quoniam tunc ad eſſe hic trahi non poſſet:qꝛ oppoſitum ꝑdicati ſubſtantialis rei conuenire nō poteſt. Contra.ſequitur dari vnitatē preſcindentem ab eſſe vniuerſali ⁊ ſingulari.patet de iſta natura in ſe conſiderata:que poteſt habere duplex eſſe:vniuerſale:⁊ ſingulare : ⁊ neutrū habet. Reſpondeo.differt non habere hoc eſſe a nō conſiderari ſub hoc eſſe.forma igitur cognita habet eſſe intentionale.licet non conſideretur ſub eſſe intentionali. ſed conſideratur vt poteſt ſibi vtrumq̄ eſſe aduenire : ⁊ hinc ſumpſerunt aliqui abſtractionē nature:qꝛ de ſingularitatem non includit.

¶ Undecimo. vtrum vniuerſale ſit corporale. Reſpondeo.vniuerſale in actu eſt indiuiſibile. 6° phyſicorū. cōmento.59. Ariſto.quoq̄ tertio de anima. textu cōmenti. z3.aliter non poſſet vniuerſale formare intellectum : qui eſt inextenſus.ſed in eſſe naturali eſt extenſum : ⁊ corporeum.ſed per accidens:quia ad extenſionem ſubiecti.aliter duo corpora eſſent ſimul.

¶ Duodecimo. vtrum vniuerſale ſit corruptibile. Reſpondeo ꝙ ſic:quia deſtructis primis ſubſtantijs īpoſſibile eſt aliquid aliorum remanere. Ariſtoteles in predicamentis. Sed illud concluderet de eſſe reali forme. non autem intentionali.niſi intelligeretur conſequentiā negatiue a ſingularibus ad vniuerſale valere. voluit autē Auerrois tertio de anima.cōmēto.5.ꝙ intellecta ſpeculatiua eſſent generabilia ⁊ corruptibilia. habent enim duplex ſubiectum.intellectum poſſibilem: ⁊ hoc eſt eternū: ideo ⁊ ipſa.⁊ habent fantaſmata.⁊ in iſto ſunt generabilia ⁊ corruptibilia. Item ꝑmo meta.cōmēto.z7. vniuerſalia ſunt per accidens corruptibilia:quia corrumpit̄ hoc vel illud ſingulare fantaſiatū. Or ſi dicatur ex.iz. meta. cōmento.z7.⁊ 8° meta.cōmento.i4.⁊ etiā ſeptimo meta. cōmento.53.vniuerſale non generat : neq̄ generatur. intelligitur ipſum non acquirere aut perdere eſſe reale . qꝛ non eſt ens reale.vel qꝛ remanet aliquod indiuiduū corrupto alio:preſertim de genitis generatione non ceſſabili. Ariſto.autem primo poſterioꝝ.cōmento.z6. vniuerſale eſt ſemper:⁊ vbiq̄:intelligit vniuerſale non ſibi determinat locum.neq̄ tēpus:qꝛ eorū indiuidua in varijs locis ⁊ diuerſis tēporibus exiſtere poſſunt. ¶ Contra.vniuerſale eſt igenerabile:⁊ incorruptibile. prīo poſterioꝝ. caplo.30. Reſpōdeo. conceſſum eſt conſequēs.per reſpectum ad intellectum poſſibilem:cū quo ſtat dictū Auerrois.tertio de animo.cōmento.30.vniuerſalia ſunt colligata cū imaginibus ⁊ corrupta per corruptiones eoꝝ.

**Secundo** principaliter cōparari poſſunt vniuerſalia ſingularibus. Primo vtrum vniuerſale ſit in ſingulari:aut ſeparatū a ſingulari. Reſpōdeo.vniuerſale in potentia remotiſſima eſt in ſingulari:ſicut pars in toto:qꝛ eſt forma.ſed vniuerſale in actu eſt in intellectu:⁊ nō in ſingulari.ſed ſeparatū eſt ab eo:qꝛ abſtractū eſt ab eo:⁊ repoſitū in intellectu poſſibili.eſt tamē in ſingulari per predicationē.per ſumptionem enim ſuperioris de inferiori regulantur ſyllogiſmus : ⁊ demonſtratio.primo poſterioꝝ.ſed non per inexiſtentiam. dixit enim Auerrois 7° meta.cōmento.44.in indiuiduo non eſt ſubſtātia:niſi mā ⁊ forma ꝑticularis:ex qbꝰ cōponit̄.

¶ Scđo.vtrum vniuerſale ſit idē vel diuerſum a ſingulari. Reſpōdeo.eſt idem ſꝫ formā:ſed diuerſum ſꝫ con

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

gregatuꝫ ex materia ⁊ forma.vt ſeptimo meta.cõmento.zi.dixit Auerrois de quidditate hominis. Duplicem tamen habet forma exiſtentiaꝫ:materialeꝫ:intellectualem. prima dicitur realis:⁊ per eam res eſt extra nihil. ⁊ non multiplicatur.per ſecundaꝫ res non eſt extra nihil. multiplicantur eniꝫ eſſe intentionalia.qꝛ forma in intellectu aliquando eſt ſpecies ſpecialiſſima:aliquãdo ſubalterna. aliquando genus generaliſſimuꝫ:ſecundum ꝙ forma magis vel minus abſtracte cõſideratur.hec tamen eſſe ſunt finita.quemadmoduꝫ predicamẽta ſunt finita.primo poſterioꝝ.⁊ ſcđo meta.textu cõmenti.io. Utrumqꝫ tamen eſſe eſt a prima cauſa:ſed diuerſimode.quia ab eo:vt principium vnde motus:pendet eſſe reale:ab eo vero vt intellectus agens pendet eſſe intentionale.primo tamen agẽti reſpondet materia pro paſſo.ſecũdo vero agenti reſpõdet ĩtellectus poſſibilis.qui eſt materia ĩtelligibilis.Propter diuerſitateꝫ inter hec duo eſſe:de vniuerſali eſſe ſciẽtiaꝫ:dicit phs primo poſterioꝝ.⁊ nõ de ſingulari.⁊ Auerrois primo meta.cõmento.6.indiuidua ſunt ſcibilia ſecũdum formam:⁊ nõ ſecũdum materiam.quia ſecũduꝫ formaꝫ habent eſſe permanẽs:ſecũdum vero materiam eſſe fluxibile.¶ Item vniuerſalia ſunt remota a ſenſu: ſingularia vero propinqua.primo poſterioꝝ.¶ Item vniuerſalia ꝑcipiuntur intellectu:⁊ nõ ſingularia:⁊ ſenſu ſingularia:⁊ non vniuerſalia.¶ Item aliud eſt caro ⁊ carnis eſſe.tertio de anima.textu cõmenti noni.¶ Item ſingularia multiplicãtur:vniuerſali nõ multiplicato.¶ Itẽ vniuerſalia nõ ſunt per ſe generabilia. ſingularia ſic. Cꝛ ſi non eſſent iſta eſſe vnius forme:non ſaluaretur domuꝫ eſſe ex vniuoco.qđ eſt contra phyloſophũ.ſeptimo meta.textu cõmenti trigeſimi.domus enim intra eſt ſine materia: extra vero eſt cum materia.Cꝛ ſi Auerrois tertio meta.cõmẽto decimo.vniuerſale ⁊ ſingulare ſunt due nature.Intellexit inter ea eſſe formalem diſtinctionem.

¶ Tertio.vtruꝫ vniuerſale ſit cauſa ſingularis. Reſpondeo vniuerſalia artificialia ſunt cauſa efficiens regulans artificem.vt ſanitas in mente medici.ſecundo phyſicoꝝ.cõmẽto.3z.⁊ quinto meta.cõmẽto ſcđo.⁊ tertio.ſed in naturalibus in illo eſſe in quo ſunt abſtracta per intellectũ: nõ ſunt cauſe ſingulariuꝫ niſi vt forme declarantes:vt ſecundo phyſicoꝝ.cõmẽto.3i.⁊.iz.meta.cõmento.35.vnde Auerrois primo meta.cõmẽto ſexto.ſpecies eſt cauſa rerum.i.cauſa ſcientie indiuiduoꝛuꝫ.⁊ ſic intelligendus eſt Auerrois primo meta.cõmẽto.z8.intellectuꝫ enim vniuerſale eſt prius ſecũdum cauſam:⁊ tempus:eo quod eſt ſub eo.Sed vniuerſalia in potẽtia ſecundum eſſe: qđ habẽt in materia:ſũt cauſe ſingularium: formales: finales: ⁊ efficiẽtes cõſeruãtes indiuidua:quoꝛuꝫ ſunt forme: nõ tamẽ producũt illa.

¶ Quarto.vtrum vniuerſalia declarẽt quidditatem ſingularium.Reſpondeo ꝙ ſic.Auerrois primo meta.commento.45 qꝛ ſunt eſſentia ⁊ quidditas ipſius ſingularis. ideo cum ſingularia in intellectu ſint:ſingularium quidditas apud intellectum eſt.⁊ ideo indiuidua ſunt habentia quidditatem eoꝛum cognitam apud intellectum.⁊ ſic cognita ſunt ſecundum formam eoꝛum.

¶ Quinto.vtruꝫ vniuerſalia predicẽtur de ſingularibus. Reſpõdeo ꝙ ſic.ex diffinitiõe vniuerſalis. Nomina eniꝫ compoſitoꝛuꝫ principaliter importãt formam: ſecundo compoſituꝫ:preſertim naturalium:ſecundo de anima.cõmẽto octauo.ideo ſub ſignificato compoſiti cadit forma. verificatio autem eſt inter ſignuꝫ ⁊ ſignatum: ⁊ econtra. Auerrois autem nono meta.cõmẽto.iz.diſtinguit materiam ab vniuerſali.materia non predicatur de illo cuius eſt:nomine principali:ſed denominatiuo.vniuerſale autẽ de re ꝑdicaṫ ſecũduꝫ qđ eſt forma.forma tamen in intellectu poteſt eſſe ratio cognoſcendi partem totum: vt eſt ratio cognoſcendi partem:non eſt vniuerſale predicatuꝫ de indiuiduo.in quo ſenſu conceditur hec. animal nõ eſt anima. ſeptimo metaphyſice.textu cõmẽti.36.vt autem forma eſt ratio cognoſcendi totum:ſic eſt vniuerſale predicabile de indiuiduo.vt colligitur. ſeptimo metaphyſi. cõmento.34.forma enim predicatur per ſe de habente formam.ſecundum ꝙ declarat eius quidditatem ſubſtãtialem.item cõmento.35.

¶ Sexto.vtrum vniuerſale exiſtat:nullo ſingulari illius exiſtente.Reſpondeo.exiſtentia reali:non: ſed exiſtentia intentionali eſt poſſibile.

¶ Septimo.vtrum vniuerſale ſenſibilium:cuius nullum ſingulare fuerit ſenſatum:ſit in intellectu. Reſpõdeo nõ per ſimplicem intentionem.Sed ſi propheta iudicat de non ſenſatis futuris:hoc eſt per conceptuuꝫ pluriuꝫ congregationem.differentem tamen a cõceptuum congregatione:qua erronee comprehenduntur impoſſibilia exiſtere:qꝛ compoſſibilia ſunt importata per cõceptus plures: qualiter non eſt in aggregationibus cõceptuum repreſentantium res impoſſibiles.

¶ Octauo.vtrum vniuerſale ſit notius ſingulari. Reſpõdeo.prius notuꝫ eſt ſingulare.quia in homine duplex eſt virtus cognoſcens:ſenſitiua: intellectiua. ſenſitiua prius tempoꝛe operatur in.a.indiuiduo q̃ꝫ intellectiua.intellectiua enim cognitio a ſenſu originem ducit:ſenſus autem vniuerſalia non cognoſcit:ſed ſingularia. ⁊ eſt ſententia phyloſophi primo poſterioꝝ.⁊ primo metaphyſice. dicẽtis ſingularia eſſe prius nota.quia ſunt propinqua ſenſui. Si autem reſpectu intellectus ſumatur cognitio.tũc non prius cognoſcitur vnum q̃ꝫ alterum: quia eadem cognitiõe vtrũqꝫ cognoſcitur.quia cognitio vniuerſalis eſt cognitio ſingularis in potentia.intellectus enim ꝓpter abſtractionem ſuam:cognitionem ſingularis recipere non poteſt:quia tũc intellectus eſſet ſenſus.Tertio de anima. cõmento.i8.Item tunc non eſſet differentia inter ſingulare ⁊ vniuerſale.Si autem notius ĩtelligiṫ magis notũ: tũc nõ cõpanṫ.qꝛ alteri⁹ rõnis ſunt noticie:⁊ aliaꝝ virtutũ.

¶ Nono.vtrum ſpecies prius apprehendatur q̃ꝫ genus. Reſpõdeo ꝙ ſic.cognitiõe confuſa:ꝯtingenter tamẽ.ſed non diſtincta.patet ex Auerroe.Tertio de aĩa.textu commẽti.io.qꝛ cõceptus generis extrahitur ex ꝯceptu ſpeciei: donec intellectus aſcendat ad quidditatem ſimplicem. que eſt genus generaliſſimuꝫ.conceptus autem entis cõmunis non eſt naturaliter ſignificans:ſed ad placituꝫ. vt dixi in libꝛo de elementis.

¶ Decimo.vtrum forme intentionales educantur de potentia materie.Reſpondeo non:qꝛ oĩs forma educta de potentia materie motu ex ea extrahiṫ:quia agens extrahens hꝫ in materia in quã agit diſpoſitiões diſconueniẽtes forme extrahende:quas oꝫ abycere. Intentiões autẽ nõ motu extrahuntur.ſed in inſtãti eſt earum tranſlatio: nullo motu precedẽte.vt dixit Auerrois. ſcđo de anima. cõmẽto.ii5.ex his elicitur ꝙ vl'e eſt in ĩtellectu: qꝛ predicabilitas eſt ꝑ ĩtellectũ cõponẽtẽ ⁊ diuidẽtẽ.Tũ etiã res ſenſibiles in ſe ſunt in potẽtia:ſꝫ in ſenſu ſunt actu. propoꝛtionabiliter res intelligibiles in ſe ſunt in potentia:ſed in intellectu ſunt in actu.

**Tertio** cõparanṫ vl'ia ĩtellectui.Et ꝑmo vtruꝫ vl'e ſit inatũ ĩtellectui poſſibili. Rñdeo ꝙ non: qꝛ danṫ ab ĩtellectu agẽte.⁊ poſſibile ẽ ꝙ ex tpe.ĩtellect⁹ .n.poſſibilis eſt pura potẽtia in gñe ĩtelligibiliũ.q̃ nullaꝫ formã ſibi determinat.Et quãuis habitis terminis ĩtellectus nãlr aſſentiat alicui complexo: puta per ſe noto. non tamen illa incomplexa ſunt naturaliter habita.

¶ Secundo.vtrum vniuerſalia ſint obiectũ intellectus. Reſpõdeo.eſſe in ĩtellectu eſt duobus modis: obiectiue: ⁊ ſubiectiue.ſubiectiue ſunt intẽtiões vniuerſales: ⁊ q̄ ex eis componunṫ. Obiectiue eſt tripliciter: remotiſſime. ⁊ ſunt entia extra aĩam.remote ⁊ ſunt intentiões in medio: in ſenſu exterioꝛi:⁊ ĩterioꝛi.propinque:⁊ ſunt illa que formant intellectũ.primo.n.phyſicoꝝ Ariſt.textu cõmenti. 49.vniuerſale ſm rõnẽ notum eſt.ſingulare aũt ſecũdũ ſenſum.ꝓbaṫ.rõ eſt vniuerſalis in recto: q̃ rõ eſt vl'is in genitiuo.pꝫ añs:qꝛ ĩtellectus eſt ſubſtantia abſtracta. pꝫ ꝯña:qꝛ modo eſſendi propoꝛtionaṫ modus operandi: ⁊ modo opandi obiectum.pꝫ ꝯñs:qꝛ intellectus eſt ipſius vniuerſalis tanq̃ꝫ obiecti.Similr̃ de ſenſu:ipſe eſt ſingularis in recto:qꝛ eſt forma mãlis.q̃ eſt ſingularis in genitiuo.pꝫ ꝯña ab agente ſingulari.operatio eſt ſingularis:⁊ obiectũ ſingulare.Singularium.n.ſenſus eſt ꝑmo poſterioꝝ.capite.i7.Eſſe aũt obiectiue remote in ĩtellectu eſt dupliciter.vno mõ hñs intẽtionem in actu in intellectu: alio mõ non hñs:ſed potẽs hr̃e.primo mõ ſolum cognita hñt eſſe obiectiuum: ſed ſcđo mõ cognoſcibilia. Habere aũt intentionẽ in intellectu eſt dupliciter:propꝛiam: hãc hñt ꝑ ſe intelligibilia:alienã.⁊ ſic intentionẽ hñt in ĩtellectu:q̃ ꝑ accñs intelligunṫ.ex hoc pꝫ ꝙ obiectũ vl'e in potentia preſupponiṫ ĩtellectui:ſed vl'e in actu non:qꝛ ꝑmũ eſt intelligibile.ſcđm vero eſt intellectũ:ĩtellectio: ⁊ formatio.ſed obiectum vl'e in actu precedit ſcientiã que eſt habitus ꝯclõnis.⁊ põt cõponere ꝓpoſitionẽ ꝑ ſe notam.

¶ Tertio.vtrum vl'ia in actu ſint in ĩtellectu: aut extra. Reſpondeo ꝙ non extra.qꝛ tũc vl'e in illo eſſe:in quo eẽt intra intellectum:eſſet extra.vl'e.n.eſt:dum intelligitur: ſingulare vero:dum ſentitur.in particulari aũt de ente ⁊ vno phs ⁊ Auerrois.Ens ⁊ vnum ſunt vniuerſalia: que non habent eſſe:niſi in aĩa.⁊ de vniuerſalibus artificialiuꝫ dixit Auerrois ꝑmo meta.cõmento.34. Nullus dicit ꝙ vniuerſalia eoꝝ hñt eſſe extra animaꝫ.Et.iz.meta.cõmẽto.z7.vl'ia non hñt eſſe extra aĩam.Cõtra.vniuerſale ſentiṫ ſcđo de aĩa.cõmento.io8.Reſpondeo intelligit ſingularia ſub vl'i contenta ſentiunṫ.ſenſus enim eſt virtus ſingularis:cui repugnat vniuerſalr̃ cognoſcere:ſed ſingulariter confuſe cognoſcit.non enim ſcit ſenſus diſcernere ſingulare ſenſatũ ab omni: qđ non eſt ipſuꝫ.pꝫ de ouo.iterum ꝑñtato hñti cognitionẽ eius in memoꝛia:non diſcernẽti:an ſit id ĩdiuiduũ:qđ prius.non eniꝫ idẽtitas eſt per ſe ſenſatũ.Contra.natura lapidis eſt extra aĩaꝫ: ⁊ vniuerſalis.Reſpõdeo.nã lapidis eſt forma lapidis.⁊ eſt extra animam in eſſe reali:⁊ in illo eſſe non eſt vl'is in actu: ſed in eſſe intentionali vniuerſali eſt in ĩtellectu:⁊ non extra. nihil autem impedit quin termini vniuerſales ad placitum ſignificatiui ſint extra animam.

¶ Quarto.vtrum forma in intellectu habeat eſſe ſingulare.ꝙ ſic.per Auerroim 3° de anima.cõmento.io.intellectus intelligit ſingulare extra.Reſpondeo.ſingularis eſt ſingularitate vniuerſali nõ multiplicabili:non aũt ſingularitate multiplicabili.Auerrois ꝑmo meta.cõmẽto.40. dualitas eſt in re ꝓpter mãꝫ: ideo ĩmateriale non iteraṫ ſecundũ indiuiduum.ideo intellecta non iterantur. ideo intellectum animalis nõ iteratur.Auerrois aũt intelligit in hac re ſingulari formã:nõ tñ in eſſe ſingulari: ſed vniuerſali.ſingulare etiã ibi intelligiṫ incõplexũ.vt pꝫ in eodẽ tertio in multis locis.Intelligit etiam intellectus ſingulare remote:non propinqꝫ.Eſt aũt apud Auerroim intellectuꝫ vniuerſalis in eſſendo.⁊ hꝫ vnitatẽ indiuidualem eandem cum ſpecifica.⁊ tali eſſe ſingulari ſingulariꝫatur forma in ĩtellectu.Coꝛrelariũ aliqđ ſingulare ꝑ ſe cognoſcitur ab intellectu.ſ.illud cuius eſſe eſt vniuerſale.

¶ Quinto.vtrum vniuerſale verius habeat eſſe in ĩtellectu q̃ꝫ extra.Reſpondeo eſſe naturale eſt diſtãtius a primo ente:eſſe vero ſpirituale eſt ꝓpinquius. q̃ꝫuis ſit extraneuꝫ.Eſt igiṫ ſpirituale eſſe ꝑfectius.qm̃ nobilius eſt agẽs:nobilioꝛ potẽtia.ergo nobilioꝛ actus.origine tñ prius eſt eſſe naturale:qꝛ ab illo tranſumitur eſſe ſpirituale. Cõtra ſequitur accidens eſſe nobilius ſubſtãtia:qꝛ ĩtellectio eſt qualitas.Reſpondeo intellectio eſt qualitas analogice cum alys qualitatibus:nõ vniuoce.ꝯñs aũt nõ ſequiṫ abſolute:qꝛ oĩ accñte eſt aliqua ſubſtãtia nobilioꝛ.

¶ Sexto.vtrum ſciẽtia ſit ipſum ſcitum.Reſpõdeo.entium alia ſunt intelligibilia in actu:alia in potentia.intelligibilium in actu primũ eſt deus:cuius ſcientia ꝑfecte eſt ipſum ſcibile.ſcđa vero ſubſtantia eſt ſcientia: qua ſcitur ſecũda.ſed prima ſubſtãtia eſt:quo ſcđa ſcit primam. tertia eſt ſcientia ſui ⁊ ſcitum.⁊ ſcđa eſt ſciẽtia ſecunde in tertia.⁊ prima eſt ſcientia prime etiã in tertia.⁊ ſic ſemꝑ ſciẽtia eſt ſcitum.lꝫ aliquando ſciens a ſcientia ⁊ ſcito differat.in libꝛo de intelligentys dixi.Intellectus aũt mãlis cognoſcit materialia:⁊ ĩmaterialia. Si ĩmaterialia: aut ſcientia:aut ſapientia appꝛopꝛiate.Si ſpeculatiua ſcientia:tunc diſtinguitur ſcientia a ſcibili:qꝛ ſcientie ſunt noticie propoſitionũ demõſtratione cõcluſe conſtantes ex intentionibus terminoꝝ ad placitum res ſignificantiuꝫ. ⁊ de iſta ſcientia dixit Auerrois 3° de anima.cõmento. i5. ſcientiam ſpeculatiuam eſſe ipſum ſcitum eſt impoſſibile. Si autem ſapientia propꝛie dicta ſciantur:ſic ſcientia eſt ipſum ſcibile:qꝛ intellectus poſſibilis in ſe recipit: ſubſtãtias intelligentiaꝝ:⁊ eas per eaꝝ eſſentiam intelligit. de iſta ſcientiali ſapiẽtia loquens Auerrois tertio de anima cõmẽto.36.dixit.nõ eſt aliq̄d ſcientiaꝝ ſpeculatiuaꝝ. ſed aliquid currẽs curſu rei generate nãliter a diſciplina ſciẽtiaꝝ ſpeculatiuaꝝ.⁊ ſic multiplicatis obiectis intelligibilibus multiplicantur ſcientie vel ſapientie. Si autem de materialibus loquimur.primũ eſt intellectus poſſibilis: ipſe autem ſcitur ſcientia diſtincta ab ipſo ſcibili: qꝛ intellectus poſſibilis cognoſcit ſe:aut intellectione nõ felicitatiua.⁊ tunc intelligit ſe per intellecta ſpeculatiua: que in intellectu poſſibili recipiuntur:qꝛ forma eſt cognitio materie:aut ſe intelligit intellectus poſſibilis intellectiõe felicitatiua.⁊ ſic per ſubſtantiã intellectus agentis intelligit ſe:qꝛ tamen vnum infoꝛmat aliud: ideo vniunṫ.⁊ ſic aliquo mõ idẽtificantur.Si autem loquimur de alys intellectis naturalibus. Hec aũt ſunt compoſita ex materia ⁊ forma.⁊ tunc qꝛ intellectio eſt forma rei abſtracta: ideo ſcientia a ſcito diſtinguiṫ:ſicut forma a cõpoſito: qꝛ tamen forma eſt eſſentia ⁊ quidditas compoſiti dans cõpoſito eſſe nomẽ ⁊ diffinitionẽ.ideo forma eſt aliquo mõ idem compoſito.⁊ ſic ſcientia eſt aliquo modo idẽ ſcito. Si aũt comparetur ſcientia forme.ſic eſt ideꝫ ſcientia ꝙ ſcibile:qꝛ forma ſcitur ꝑ formã.Sed tamen eſt ibi aliqua diſtinctio:qꝛ forma in eſſe intẽtionali vniuerſali eſt ſciẽtia:ſed in eſſe reali eſt ſcitum remotum.ſed ſcitum propinquum eſt ipſamet forma in eſſe vniuerſali. Si aũt ſcientia comparetur materie:qꝛ illa eſt cognita per accidens: ſic ſcientia diſtinguiṫ a ſcito:qꝛ forma non eſt materia: ſꝫ eſt illi aliquo modo idem per inſeparabilitatẽ in eſſe inter formaꝫ ⁊ ipſam.qꝛ forma eſt dans eſſe determinatuꝫ ſpecificum ⁊ formatum ipſi materie.⁊ eam perficit. ⁊ ſic vnum ſunt.⁊ ſic eſt cognitio materie per formam. vt in libꝛo de elementis dixi.materia enim celi per formam celi cognoſcitur: cum perfecte cognoſcitur. Si autem imperfecte cognoſcatur:tunc eſt de ipſa ſicut eſt de alys inferioꝛibus:aut ſuperioꝛibus cum ſic cognoſcunṫ.ſ.ꝙ ꝑ



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Intentiones ipſa ad placitum ſignificātes intelligitur. vt in libro de orbibus declaraui. Indiuidua autem ſuas formas habent in intellectu: que dicuntur ſcientie ipſorum. ſed in potentia. qꝛ particularia non ſciuntur niſi in potentia. vt dixit Auerrois. iz. meta. commento. 5i. quia actu ſcitum eſt vniuerſale: ꝛ non ſingulare. quia actu ſcituꝫ format animam. Si autem celeſtia dicantur potentia cognita. quia a nobis non cognoſcantur: ſꝫ cognoſci poſſint: tūc eſt potentia ſolum reſpectu noſtri. non autem abſolute: qꝛ ipſa in ſe ſunt cognita. ꝛ ſic patet quomodo oportet cōſiderātem de intellectu conſiderare aliquo modo de oibus intelligibilibus ſm certam menſuram ꝛ rationem. non tamen ꝙ alie ſcientie tollātur. vt arguit Ariſtoteles primo de partibus animalium. Scitum autem ſciētia cōplexa eſt duplex: propinquum: ꝛ remotum. propinquum eſt propoſitio in intellectu exiſtens: remotum vero eſt ſignificabile complexe. hoc autem complexe ſignificabile: licet oportet ꝙ ſit verum: poteſt tñ eſſe ꝙ non ſit. ꝛ poteſt eſſe ꝙ ſit: qꝛ negatiuarum propoſitionū poteſt eſſe ꝙ termini non ſupponant pro aliquo: quāuis vere ſint. vt nihil eſt chi^a. ꝛ poteſt eſſe ꝙ ſubiectum pro aliquo ſupponat. ꝛ tunc ſignificabile complexe eſt aliquid. qꝛ rei importate per ſubiectum identificatur. eſt enim hominem eſſe animal: ipſe homo: affirmatiuarum autem verarum alique ſunt de terminis ampliatiuis: alique non. Si ſunt de ampliatiuis verbis: aut diſtractis. poſſunt eſſe vere quamuis complexum ſignificabile nihil ſit. vt ceſſarem fuiſſe. Cū autem verbum non ampliatiuum non negatur: neqꝫ diſtrahitur. tunc ſi propoſitio eſt vera: complexe ſignificabile eſt aliquid vel aliqua. ſed ipſum eſt duplex: neceſſarium: ꝛ contingens. ꝛ neceſſarium duplex: per ſe notum: ꝛ eſt notum ex terminorum ſuorum euidenti compoſitiōe. non per ſe notum: ꝛ hoc habet cauſam. qꝛ veritas antecedentis eſt cauſa veritatis conſequentis: vel in eſſendo: vel in inferendo. non enim oportet ſi ſignificabile complexe certum ſit incātum in no^a. ꝙ etiam omne ſit huiꝰ. ꝛ ratio ex implicatione contradictionis nō valꝫ. ſ. oppoſitum implicat: ergo incauſatum eſt. tertio. n. de aīa. cōmēto. 36. veritates ꝯñtis demōſtrabiles duplicem hñt cāꝫ: vniuerſalē ꝛ principalē: ꝛ eſt intellectus agens: aliā vero particularē ꝛ inſtrumētalem: ꝛ eſt añs: aut eius notitia.

¶ Contra. conceſſa eſt identitas vniuerſalis ad ſingulare Ariſt. ſcd̄o topicoꝝ. caplo. zz. ſi ſenſibile eſt ſcibile: ſenſus eſt ſcientia. ꝛ infra. ſi ſenſus non eſt ſcientia: ſenſibile non eſt ſcibile. Secundo conceſſa eſt identitas forme in eſſe reali ꝛ intentionali: ſequitur opinio antiquoꝝ: quā recitat phs ſcd̄o de aīa. textu cōmenti. z5. ſ. terra terrā cognoſcimus: ꝛ aqua aquam. Tertio ſcientia eſt in qualitate: ꝛ ſcitum in ſubſtantia. io. meta. cōmēto. zz. ergo differunt. Quarto ſcientia noſtra cauſat̃ a rebus: ergo ipſa non eſt ipſe res. pꝫ añs: qꝛ diuina eſt cauſa rerum: noſtra aūt cauſat ꝛ eſt a rebus. iz. meta. cōmēto. 6i. Quinto accidit oēm ſcientiam ſcibile eſſe. io. meta. textu cōmenti. zi. ¶ Ad p^m a ꝯiugatis ꝯña valꝫ ſuppoſita predicatiōe pmi modi. inter autem ſenſibile ꝛ ſcibile non eſt eſſentialis idētitas. qꝛ ſenſibile eſt ſenſu perceptibile. ꝛ ſcibile intellectu: potentie autem differunt: ideo ꝛ obiecta formalr. ¶ Ad ſcd̄m. antiqui volebant per realeꝫ terram terrā cognoſci. qd̄ in conuenit. non ſic nos: qꝛ forma intentionali realē cognoſcimus. volebant enim antiqui animā realr componi ex rebus: vt illas cognoſcere poſſet. ¶ Ad 3^m diſtinctio predicamentalis formalē arguit diſtinctionem: non realem. ¶ Ad quartū. deus cauſat res: ꝛ per ſcientiaꝫ eius eſt cā earum. ſed noſtra ſcientia complexa cauſatur ab intellectu agente: ꝛ ab antecedente. prima eſt cauſa vniuerſalis: ſecunda particularis: pꝫ tertio de aīa. cōmento. 36. ſed ex hoc non ſequit̃ quin intentio ſit eſſentia: cuius eſt intentio. ¶ Ad 5^m. textus phi ſonat ꝙ accidit. ſ. poſſibile eſt omnem ſcientiaꝫ eſſe ſcitam. qꝛ habitam ab aliquo intelligente per eam. ꝛ tamē non omne ſcibile eſſe ſcitum. ſ. cognitum: quadratura enim circuli: ſi ſcibilis eſt: nondū tamen ſcita. in p̄dicamētis. caplo de relatiōe. ¶ Sed dubitatur. ſi cognitio eſt cognitum: tūc actus rectus eſt actus reflexus. Secundo ſequitur potentiā ſenſitiuam eſſe reflexiuam: qꝛ ſi actus intellectus eſt intellectus: etiā actus viſus eſt viſus. Tertio ſequitur potentiam ſenſitiuā eſſe cognoſcitiuam ſui. Reſpondeo. conſequentia non ſunt inconuenientia. patebit alſ.

F I N I S





¶ Alexandri Achillini Bononienſis de Elementis.

Aminum clariſſima lux: qua oēs alie veritates illuſtrant̃: me p vmbras māe tutum ab errore per filiū hoīs ducas in te ipꝫ. ¶ Tripartitur opus. ¶ In primo libro de intrinſecis elementorum principijs. ¶ In ſcd̄o de elementis. ¶ In tertio de ipſorum accidentibus diſſerendum.

Primum dubium circa ſi eſt materie. Utrū materia exiſtat. ¶ R̃x°. ꝙ ſic pro cuiꝰ declaratione p̄mitto duo. pmū noīe materie importat̃ ſubiectū circa qd̄ operat̃ agens transferens de vno eſſe in aliud. z^m noīe tranſmutari importat̃ aliter ſe hr̃e nūc q̄ꝫ prius. Tunc ſic. trāſmutatio eſt: ergo materia eſt. añ eſt p ſe notū. cum. n. ſenſibilia in eadē diſpōne permanent: qeſcunt. cū vero nō: trāſmutant̃ ambo vel vnum. ꝯña eſt a poſteriori p̄ſupponēte ſubiectū: qd̄ eſt materia: qꝛ illd̄ qd̄ alr ſe hꝫ nūc q̄ꝫ prius eſt ſubm: circa qd̄ ſuccedit vnū eſſe alteri. nō enim terminus a quo incipit mutatio eſt alr ſe hñs: qꝛ in fine mutationis ipe nō eſt: neqꝫ terminꝰ ad quē attingit mutatio eſt id qd̄ alr ſe hꝫ: qꝛ ipſe in pn° mutationis nō exiſtebat. ideo ſubꝫ cū ſub vtroqꝫ termino maneat: ꝛ eſſe antiquūꝫ perdat: ꝛ nouū aſſumat: eſt qd̄ trāſmutat̃. Conuertibilitatē ꝯñtis cum añte huius demonſtrationis oſtēdunt Ariſtoteles ꝛ Auerrois. pmo de generatione. textu ꝛ cōmento pmo. Neceſſe eſt poſito ſubo eſſe tranſmutationē: ꝛ trāſmutatione poſita eſſe ſubm. Idem ſcd̄o de gñone. cōmento. 6. ꝛ. 46. ad ſenſum ꝯfirmat̃ accēſa nūc primo palea: iſte ignis nō prefuit: qꝛ alr ipſe nō eēt generatus: neqꝫ eſt ipſe totalr nouus: quia p̄fuit in palea aliqd qd̄ poſt extinctionē ignis remanet in cinere: ꝛ illud p̄exiſtens poſt manens appellat̃ mā. harum duaruꝫ rationū vtrāqꝫ pꝫ eſſe a poſteriori: primā a paſſione. ſcd̄am a cauſato ſubali: Pro aperienda rōne hac p̄mitto duplicem eſſe trāſmutationē: ſubſtantialē: accidentalē: colligitur diſtictio ab Auerroe in libro de ſuba orbis. cap̄. prio. ꝛ pmo phyſicoꝝ. cōmento 93. Tranſmutatio ſubalis eſt quā indiuiduū deferēs nomē pdit ꝛ diffinitionē. Accidētalis vero eſt quā indiuiduū deferēs nō nomē pdit neqꝫ diffinitionē. Intelligo indiuiduū hoc ſenſatū per ſe extñs. vt ſortes. ſic. n. ſe exponit Auerrois in libro de ſuba orbis cap̄. p°. vbi gr̃a. corpus qd̄ eſt aer transfert̃. lꝫ. n. duobꝰ generatio attribuat̃. pmo phyſicoꝝ. textu ꝛ cōmento. 58. et pmo de gñone. textu cōmenti. 5z. ſubto ꝛ oppoſito. tamē nimis occultū eſt ſubm: vbi ſenſatū nutu demonſtratuꝫ eſt notū. colligit̃ ſnia ex Auerroe. 5. phiſi. cōmēto. 7. in fine. Quoniā ſi trāſmutatio fuerit in eſſentia indiuidui demonſtrati. ſ. indiuidui ſubſtātie: donec illud fiat nō indiuiduū. dicit̃ corruptio ſimplr. quū aūt fuerit i aliquo accidente: donec fiat non illud accñs. dicit̃ corruptio aliqua nō corruptio ſimplr. colligit̃ ſnia. pmo de gñone. textu et cōmēto. zo. primā iſtarū mutationū vocaui ſubſtātialeꝫ. ſcd̄am vero ſub accñtali mutatione cōprehēdebam: que diuidēda eſt per eā cuius termini ſunt eſſe ꝛ nō eſſe: ꝛ hec generatio eſt ꝛ corruptio accñtalis. ꝛ per eā cuius termini ſunt eſſe ꝛ eē: ꝛ hec eſt motus: ꝛ nō gño neqꝫ corruptio Intelligo nomē ꝛ diffinitionē qua indiuiduū eſt: non aūt qua ipm eſt tale vel tantū. in tranſmutatione enim accidentali oppoſitum perdit nomen: qꝛ priuatio aut ꝯrium perdit̃: ſed indiuiduū nō perdit nomē ꝛ diffinitioneꝫ per quā eſt. nō enim ſequit̃. hoc deſinit eſſe hoc albuꝫ. ergo h deſinit eſſe. ſorte aūt moriente: ipſe deſinit eſſe hoc ens. abſit. n. ꝙ ꝯcedam ſortē eſſe ſorteꝫ: ſorte nō exiſtēte. ſiue ante illius ortū: ſiue poſt illius obitū. vt in annexo huic queſtioni ſubiūgam. ¶ Cōia aūt vtriqꝫ mutationi iuxta Auerroim in libro de ſuba orbis. cap̄. p°. ſunt hr̃e ſubꝫ recipiens tranſmutationē: qꝛ ſubalis trāſmutatio eſt motꝰ regrens ſubm. tertio celi. cōmēto. 54. ꝛ ſilr accñtalis. p°. de gñone. cōmento pmo. ꝛ p° phiſi. textu ꝛ cōmento. 60. ꝛ 63. ꝓpter hoc ꝯceſſerunt aliqui theologi creationē nō eē tranſmutationē. An aūt creatio ſit ponēda. dixi in libro de intelligētijs diſcordiam theologoꝝ a phis. ¶ Scd̄o nō eſſe p̄cedit eē rei gñabilis ꝛ corruptibilis: ꝛ omnino inherere: ꝛ eius qd̄ fit. ſnia colligit̃ ex Auerroe. p° phyſi. cōmēto. 64. Neceſſe eſt vt nō eſſe p̄cedat gñatuꝫ. ꝛ ſi nō: non eſſet generatū. intelligo p̄cedere tēpore: qꝛ in tēpore res fit: ſiue requirat̃ tēpus ꝓ menſura gñationis ſiue pro menſura alteratiōis: quā terminet generatio: ꝛ tunc opꝫ ꝙ gñatuꝫ nō fuerit prius ante gñoneꝫ. ꝛ hic aduertere ꝓpter reſurrectionē. aliud. n. eſt nunq̄ꝫ prius fuiſſe: ꝛ aliqñ prius nō fuiſſe. particularē concedimus in reſurrectione; negata vniuerſali ꝓpōne: queadmodū cuꝫ pmo ſurrexit aliqs ꝯcedimus ꝙ ipſe nō imediate ante hoc fuit. ſi eniꝫ eſſe eius qd̄ fit ſit ſub tēpore qm̄ ipm eſt eē rei generabilis ꝛ corruptibilis: que excedit̃ a tēpore. 4°. phyſicoꝝ. nō pōt eſſe ꝙ nō eē illi oppoſitū ſit añ tēpus. nō eniꝫ abſtractior eſt negatio formalr accepta q̄ꝫ ſua oppoſita affirmatio. nō eſt p̄ñtis ꝓpoſiti: an priuatio inter abſtracta numeranda ſit. Intelligo eſſe ꝛ nō eē: ad q̄ ſequit̃ ꝯdictio: quia aliter nō eſſet mutatio. Intelligo ꝙ negatio capi pōt pure negatiue. ꝛ ſic nō eſt negatio terminus mutationis: qꝛ triplex eſt nō eē: nec̄ioꝝ: impoſſibiliū: ꝯtingentiū: pure āt negationi pōt aliqd nō corrñdere in re: queadmoduꝫ dicit Auerrois. tertio celi. cōmēto. 55. de corpore in actu: q̄tuor elemētis poſito ab antiqs eſſe elemēto: nō eē graue aut leue: negatione ſimplici: vt inde ſeq̄ret̃ id nō eſſe corpus nāle: cū careat motu. ꝯrio illi qd̄ Auerrois dicebat de celo: cū dixit id nō eē graue aut leue: qꝛ intēdebat celū hr̃e nām: de qua dr̃ nō eſſe graue vel leue: ꝛ ſic negationi ſimplici pōt aliqd in re ſubſterni. dr̃ enim de hoie nō leo ſimplici negatione: ꝛ certū eſt ꝙ nō eē neceſſariorum nō eſt terminus mutatiōis: qꝛ tūc neceſſariū poſſet aliter ſe hr̃e: ſilr nō eſſe impoſſibiliū nō eſt terminꝰ mutatiōis: qꝛ tūc impoſſibilia eēnt poſſibilia: ꝛ impoſſibilia aliter ſe hr̃e eſſent poſſibilia alr ſe hr̃e. remanet ergo ꝙ ſolū nō eē ꝯtingentiū eſt terminus mutatiōis. terminū intelligo p accñs: nō per ſe: neceſſariū tñ patebit in fine pmi huius libri. pōt eſſe phus pp hanc cām dixiſſe. pmo phyſi. textu cōmenti. 75. ꝙ ex nō ente nō per ſe fit aliqd. Intelligo ēt ꝙ negatio capi pōt priuatiue. ꝛ tūc negatio eſt determinati gñis regrens ſubiectū de quo dicatur. ꝛ ſic nō eē inheret ſubiecto: eo mō quo ꝯuenire pōt priuationi ꝙ māe inhereat. ſi. n. priuationō eſſet in ſubiecto: oporteret vt ipa priuatio eſſet id in quo reciperet̃ generatio. vt tangit Auerrois. tertio celi. cōmēto. 54. dicens. ſi eſſet ſic. ſ. ꝙ eēnt elementa gñata ex nō eſſe: contingeret vt nō eſſe eēt illud qd̄ gñatur. ſ. illud in quo eſt motus gñonis: ꝛ eēt hec opinio gñantiuꝫ corpus ſimpliciter. 5. phiſi. ꝯmēto. 53. Intelligo etiā priuationē poſſe generalr accipi reſpectu cuiuſcūqꝫ qd̄ fieri pōt. ꝛ ſic nō accipit̃: qꝛ tunc oporteret dare materiā ſine forma: ꝛ tunc agens illā materiā tranſmutare nō poſſet: qꝛ nō extrahitur forma de potentia materie: niſi per motū: ſed neceſſariū eſt ad hoc vt motꝰ ſit: ꝙ



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tatio intenſiua forme elementi eſt de non ſubiecto. quia
eſt ex materia prima.¶ Contra.ſubiectuꝫ in potẽtia nõ
tollit rationem motus:niſi quia non reſiſtit:ſed hec cau-
ſa tollit ſucceſſiuaꝫ graduuꝫ acquiſitioneꝫ.¶ Jteꝫ data
ſucceſſiua graduuꝫ mutatione in ſubſtantia eſt cõtrarie-
tas:qꝛ nõ eſt ſucceſſio in effectu agentis perfecte in actu:
niſi ratione cõrarietatis paſſi vel adiuuantis paſſum ad
agens.¶ Ad primuꝫ.negatur añs.dixit enim phs qnto
phyſicoꝝ.textu cõmenti.8.qꝺ mouetur eſt.⁊ ſic qꝛ mate
ria prima eſt pura potentia: ipſa non de ſe eſt: ideo ipſa
non poteſt imediate ſubijci motui.ideo ſi ſubijcitur mo-
tui:opoꝛtet eam ſubijci forme ſubſtantiali: qua ipſa ſit.
¶ Ad ſecunduꝫ.Auerrois quinto phyſicoꝝ.ꝯmento.10.
conceſſit dictuꝫ Ariſtotelis in predicamẽtis eſſe famo-
ſum:non tamen falſuꝫ.voluit auteꝫ Ariſtoteles in ſpecie:
cui permiſcetur contrariuꝫ:eſſe cõtrarietatem quodam
modo:quia ibi eſt contrarium in eſſe remiſſo.ſed in ſub-
ſtantia non poteſt ei contrariuꝫ permiſceri:non enim in
eadeꝫ materia totali eſt ſimul forma duoꝛuꝫ elemento-
rum.¶ Ad quartuꝫ.duplex generatio ſimpliciter.ſ.cõ-
pleta.incompleta.Completa generatio eſt qua res inci-
pit eſſe.ſed incõpleta eſt qua res non incipiens eſſe inci-
pit eſſe in tanto vel tanto gradu.Tunc in gñatione ſim-
pliciter completa nõ eſt actus fluens.ſ.imperfectus qui
poſtea fiat perfectus.differunt eniꝫ fluxus ab eſſe: ⁊ flu-
xus a non eſt.gñatio enim cõpleta eſt fluxus a non eſſe.
quẽadmoduꝫ dixit Auerrois quinto phyſicoꝝ.cõmen-
to.21.ſed in generatione ſimpliciter icompleta eſt actus
fluens etiaꝫ ab ipſo eſſe.quẽadmoduꝫ.3° celi.cõmẽto.67.
dixit Auer.vnde colligitur diſtinctio.ſi tamen per actuꝫ
fluenteꝫ intelligas actuꝫ imperfectuꝫ:tunc omni motui
conuenit actus fluens.Differunt iſte gñationes.quia cõ
pleta ſubita eſt ſalteꝫ cum generatur minimuꝫ. ⁊ ꝓpter
hoc dixit Auerrois cõmento.21.formã eſſe indiuiſibileꝫ:
non quia ſit non extenſa.quia inter ſubſtãtiales formas
ſoluꝫ intellectus eſt non extenſus: non quia forma non
habeat gradus.quia inter ſubſtantiales formas forma
elementi habꝫ eos.non tamen forma mixti gradus hꝫ.
ſed quia in ſua completa generatione non habꝫ ſucceſſio-
neꝫ per eos:aut in ea nõ ſunt gradus.¶ Contra. ſequit̃
ꝙ in accidentibus etiaꝫ non erit motus:ſed mutatio ſuc-
ceſſiua.¶ Reſponſio.negando conſequentiaꝫ: quia in
contrarijs accidentibus contrarie miſcentur forme: ſed
non in ſubſtantia.Tum quia ſubiectuꝫ ſubſtãtie eſt ens
in potentia.ſed in accidentib⁹.motũ terminantibus ſub-
iectum eſt in actu.conceditur tamen in accidentibus ſu-
bita mutatio que eſt generatio:vel coꝛruptio ſecundum

quid.¶ Qꝛ ſi dixeris ſubiectuꝫ mutationis non eſſe ma-
teriaꝫ primaꝫ:ſed elementuꝫ:qꝺ intenditur.¶ Hoc eſt
contra Auerroiꝫ pmo phyſicoꝝ.cõmẽto.60.probantem
ꝙ compoſituꝫ cuius forma variatur:non ſubijcitur mu
tationi:tunc eniꝫ forma eſſet accidens:quia eſſet in ſubie
cto in actu.¶ Neceſſitas auteꝫ diſtinctionis gñationis
p completaꝫ ⁊ incõpletaꝫ eſt:quia aliter non ſufficienter
dixiſſet Ariſtoteles qnto phyſicoꝝ.textu cõmenti.8.mu
tationeꝫ inter ſubiectũ ⁊ non ſubiectuꝫ eſſe gñationeꝫ ⁊
coꝛruptionem.Tuꝫ etiaꝫ non ſufficienter diuiſiſſet Ari-
ſtoteles tertio phyſicoꝝ.textu cõmenti.6.motum in ſex
ſpecies.⁊ ꝓpter alia de quibus infra:diuidenda eſt igit̃
gñatio per ſimpliciter ⁊ ſecunduꝫ quid.⁊ gñatio ſimplr
per ſimpliceꝫ ⁊ compoſitaꝫ:⁊ gñatio ſimplex per cõple-
taꝫ ⁊ incõpletaꝫ.gñatio auteꝫ completa per ſimplr gene-
rationeꝫ ⁊ per gñationeꝫ aliquã.diſtinctiõis membra in
pmo huius.queſtione prima declarata ſunt.¶ De gene-
ratione cõpleta loquitur Auerrois qnto phyſicoꝝ.ꝯmẽ-
to.9.dicens non eſſe mediuꝫ inter priuationẽ ⁊ formam:
que ſunt termini huius gñationis: ſic intelligendo aut
forma eſt:⁊ ſic eſt habitus.aut non:⁊ ſic eſt priuatio. ſed
bene eſt mediuꝫ inter formaꝫ maioꝛeꝫ minimo:⁊ nõ eſſe
eius.qui tamen termini quãuis mediati ſint: non tamen
terminant motuꝫ:quia non ſunt cõtraria: neqꝫ ſubiectuꝫ
eoꝛuꝫ eſt in actu:ſed in potẽtia.niſi intelligeres ꝙ termi-
narẽt motuꝫ mediate ⁊ p accidens.ſ. factuꝫ in qualitati-
bus primis.¶ Contra.ſequitur Ariſtoteleꝫ non cõtinua
re ſententiaꝫ de gñatione quã iuenerat ibi.5° phyſicoꝝ.
qꝛ cõeꝫ inuenerat.⁊ poſt ſubdit qꝺ generatur non eſt:qꝺ
non eſt veruꝫ de eo qꝺ incõplete generatur.¶ Secũdo.
quia gñatio incompleta nõ eſt de non eſſe:ſed de eſſe. qꝛ
generationẽ incompletaꝫ precedit gñatio completa: per
quã res incipit eſſe ſimpliciter.¶ Ad primuꝫ.nõ decuit
Ariſtoteleꝫ ibi exprimere aliquid propriuꝫ elementis in
eſſe in quo miſcibilia erant:quia generalis erat ibi phy-
loſophi conſideratio ⁊ nõ particularis. ⁊ quia nondum
aliquid erat declaratuꝫ de elemẽtis.ſed ſufficiebat ei lo-
qui de generatione aut coꝛruptione:qua res incipit: aut
deſinit eſſe:ſententia colligitur ab Auer.pmo phyſicoꝝ.
cõmento.57.¶ Ad ſecunduꝫ.primi termini generatiõis
⁊ coꝛruptionis incomplete ſunt tanta forma ⁊ priuatio
eius.Qꝺ ſi termini poſitiui comitentur:illi non ſunt ter-
mini primi ⁊ per ſe.⁊ dato ꝙ illi eſſent termini quaſi per
ſe:illi non ſunt contrarij.¶ Contra.quinto phyſicoꝛuꝫ.
textu cõmenti.19.contrarietas eſt inter terminos altera-
tionis inter magis ⁊ minus eiuſdeꝫ forme:ergo iter ma-
gis ⁊ minus forme elementi eſt etiaꝫ cõtrarietas.¶ Re
ſpondeo.negando ꝯſequentiã.quia per ſe cõtrarium ha
bet qualitas alterationis terminatiua:qꝺ non habet for-
ma ſubſtantialis.Tuꝫ quia alterationis qualitatiue ter-
mini primi ſunt poſitiui:potentes eſſe contrarij:ſalteꝫ lar
ge ſumendo cõtrarietateꝫ:ſed generationis primi termi-
ni non ſunt poſitiui.⁊ ſic patꝫ concoꝛdia dictoꝛuꝫ Auer-
rois:neqꝫ illius ſermo reſtringendus eſt ad ſubſtantiam
completaꝫ ibi in illo cõmento in argumento allegato.qꝛ
tunc excluderetur ſimpliciuꝫ gñatio : que non eſt exclu-
denda.¶ Ad quintũ.non dat Auer.mediuꝫ inter ſubſtã
tiaꝫ ⁊ accidens:ſed inter formaꝫ perfectã ⁊ accidẽs:⁊ tũc
mediuꝫ eſt forma imperfecta:que conuenit cum forma
ſubſtãtiali perfecta.quia dat eſſe ſimplr.⁊ cuꝫ qualitate:
quia ipſa habet gradus.Quẽadmoduꝫ igitur qualitati-
bus coꝛreſpondet latitudo a nõ gradu vſqꝫ ad gradum.
exempli gratia.vt.8.Jta formis elemẽtoꝛuꝫ etiaꝫ coꝛre-
ſpõdet.⁊ quẽadmoduꝫ nõ ſub quibuſcũqꝫ gradibus poſ-
ſunt qualitates dare eſſe ſubiecto ſecunduꝫ eaꝝ ſpecificã

denominationẽ.ſed ſub aliquibus ſic ⁊ aliquibus nõ: ita
forme elemẽtoꝛuꝫ.ſi eniꝫ forme elemẽtoꝛum ſub quãtũ-
cũqꝫ remiſſo gradu actuarent:non dixiſſet Ariſto.nõ da
ri igneꝫ frigiduꝫ:aut non calidũ:nõ curo nunc. Jteꝫ non
poſſet forma mixti extrahi elemẽtoꝝ formis in mã exi-
ſtentibus.ꝙ ſi ſic:tunc duabus exiſtẽtijs mixtum quod-
cũqꝫ exiſteret:⁊ etiaꝫ duplici eſſentia eſſentiaretur.ſ. for-
ma mixti:⁊ forma elementi.Tuꝫ etiaꝫ duplex eẽ ſpecifi-
cuꝫ res haberet.ſ.ſimplex ⁊ mixtuꝫ.differunt tamen for-
me elemẽtoꝛuꝫ a qualitatibus:qꝛ cõtraria in gradib⁹ re-
miſſis ſe cõpatiunt̃:ſic ꝙ cũ ipſa ſunt ſimul in eodẽ ſub-
iecto.puta poſt generationẽ contrarij in ſubiecto.quãtũ
vnũ eoꝛuꝫ eſt ſupra mediũ latitudinis ſue:preciſe tantũ
arithmetice alteruꝫ eſt infra mediũ proprie latitudinis.
⁊ licet pmixtio cõtrarioꝝ in gradibus remiſſis ſit apud
multos modernoꝝ ⁊ acutiſſimos viros negata: eã tamẽ
in doctrina phyloſophi ⁊ Cõmentatoꝛis concedere opꝫ:
concedentiũ reactionẽ ſm qualitates eiuſdeꝫ contrarie-
tatis.vt patet expreſſe ab Ariſto.quarto de generatione
animaliuꝫ.di.Jnterdũ etiã ita fit:vt qꝺ agit magis patia
tur q̃ꝫ agat:⁊ refrigeretur qꝺ calefacit:caleſcat qꝺ frigefa
cit ⁊c̃.Sed elementoꝛuꝫ forme non ſe cõpatiuntur in ea-
dem materia : neqꝫ in intenſis gradibus : neqꝫ remiſſis:
neqꝫ vna eaꝝ intenſa:alia vero remiſſa.¶ Sciẽduꝫ eſt
tamen ꝙ non quãcũqꝫ remiſſioneꝫ paſſuꝫ elementũ eſt
impotens actuare materiaꝫ.patet in ſubſtantiali muta-
tione vnius in alteruꝫ.vbi quaſi coꝛruptũ eſt remiſſum:
aut genitum eſt in ſuo primo eſſe.non eniꝫ data imedia-
ta ignis in aquam tranſmutatione ſaluatur forma ignis
in materia cum frigiditate ⁊ humiditate quaſi ſũmis.Et
Auerrois tertio celi.inuit ruptioneꝫ quaſi ad medietateꝫ
cõmento.67.cum elementa ad mixtionẽ veniunt: ergo
ante inſtans mixtionis rupta erant elementa.¶ Ad ſex-
tum.dicit Auerrois elementa eſſe in actu in mixto.⁊ Ari
ſtoteles dicit ea eſſe in potentia. vt Ariſtoteles declaret.
Uidens igitur Ariſtoteles elementa in mixto non dare
eſſe:nomẽ:⁊ diffinitioneꝫ:ipſi mixto:dixit illa eſſe in mix
to in potentia.quia ab actu ſumuntur:nomen:eſſe: ⁊ dif-
finitio.ſecundo phyſicoꝛũ.textu cõmenti. Et quia vidit
Ariſtoteles ꝙ per eſſe elemẽta in potentia in mixto.pote
rat intelligi ꝙ ſoluꝫ materia elementi maneret in mixto.
ideo dixit elementa remanere in mixto virtualiter. qꝺ
materie non conuenit.cui ſuccedens Auerrois.quia per
virtuteꝫ elementi poterat intelligi non ſubſtantia elemẽ
ti:ſed aliud.vt pretactuꝫ ſupra.quãuis elementuꝫ eſſet to
taliter coꝛruptum:dixit ꝙ hoc eſſe virtuale eſt forma ele
menti:ſed remiſſa.ſunt igitur elementa in mixto in potẽ-
tia oppoſita actui integro:⁊ in actu remiſſo.⁊ ſic non da-
tur medium inter actuꝫ ⁊ potentiaꝫ abſolute. Sed quẽ-
admodum in oximelle ſimplicia manent:Jta manẽt ele-
menta in mixto.ſecundo phyſicoꝝ.cõmento.31. Et quẽ-
admoduꝫ in hac ſyllaba ſtat eſt vnus ſonus:in quo repe-
riuntur virtutes litterarum ſimplicium non integre ſed
fracte.Jntegruꝫ enim ſonum non ſeruant.ſ.⁊.t. vt patet
cum aduertentia proferenti.vt voluit phyloſophus pri-
mo de generatione animalium.⁊ ſeptimo metaphyſice.
textu cõmenti vltimi.ita remanent elementa in mixto.
ſed non integra:ſed rupta.¶ Ad ſeptimũ.negatur cõſe-
quentia:ad ꝓbationẽ eſſe ſimpliciter eſt dupliciter: pro-
prie:⁊ eſt cum de toto aut parte quantitatiua verificatur
predicatuꝫ ſumptum a forma dante eſſe.⁊ ſic ignis ante
aduentuꝫ forme mixti habet eſſe ſimpliciter.quia demo-
ſtrato eius indiuiduo eſt ita ⁊ hoc eſt ignis. Alio modo
improprie.⁊ eſt cũ de toto aut parte quantitatiua nõ ve-
rificatur id predicatũ per hoc verbũ eſt:ſed per hoc ver-



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

duū ineriſtit. vnde demõſtrata illa parte ſaltem ad intellectū: de qua prius verificabatur ignis. ⁊ poſt non verificatur ꝑ aduentū forme mixti: de illa verificatur. huic ineriſtit ignis. quia ignis eſt pars partis eſſentialis mixti. ex hoc intellige Auerroiz ſecũdo de generatione. commento. 48. diſtinguentez inter eſſe potentiale partiũ in toto: ⁊ eſſe potentiale elementoꝝ in mixto. quia partes integrales ſunt partes quãtitatiue: ſed elementa in mixto ſunt partes qualitatiue. Dico igitur ꝙ forma adueniens materie habenti eſſe ſimpliciter. primo modo eſt accñs. Si vero materia nõ habet eſſe ſimpliciter primo modo: ſed bene ſecundo modo. non oportet formaz illi materie aduenientẽ eſſe accidens. ⁊ ſic forma mixti non eſt accidens. ¶ Contra. quantũcũqꝫ imperfecta ſit forma actuans materiaz: illa dat nomẽ: ⁊ diffinitionẽ. patet ex Auerroe primo phyſicoꝝ. cõmento. 63. dicente. ſi dimenſiones eſſent ſubſtantie: ſequitur ꝙ materia haberet nomẽ: ⁊ diffinitionẽ. ⁊ patet ꝙ ſi eſſet dimenſio forma ſubſtantialis: ꝙ ipſa eſſet imperfectiſſima ſubſtantialis forma.

¶ Secundo preciſe per eandẽ conſequentie negationẽ. ⁊ eandez diſtinctionez ſoluitur ratio Auerrois cõtra Auicẽnaz dicentem forme corporeitatis ſuperuenire formã ſpecificaz. contra quez Auerrois infert ꝙ forma ſpecifica eſſet accidens. ¶ Ad primuz. aliud eſt eſſe actuz imperfectum ⁊ eſſe actum ruptum. quãtitas eſt actus imperfectus: ⁊ actuare poteſt. ſed ruptio actus quãuis perfectioris actualitatem minuit: qualis in elementoꝝ formis reperitur. ¶ Ad ſecunduz. ratio mouens Auerroim ad ponenduz formas elementorum remitti eſt: vt perderent ſuum eſſe actuale quo dabant eſſe ſimpliciter ꝑmo modo: vt forma mixti ſuperueniens ſimpliciter actuet id qđ propter rupturam non erat ſimpliciter actuatũ. Sed Auicẽna ponebat corporeitatem cui non adueniebat remiſſio. Tum quia volebat Auicẽna nullam formã ſubſtantialem remitti. Tuz quia volebat corporeitatez eſſe eternaz: ⁊ ſi poſuiſſet eam remitti: poſuiſſet eam corruptibilez. ideo contra Auicẽnaz procedit argumentum. ſpecifica forma aduenit materie informate forma: que nõ remittiť. neqꝫ deſinit eſſe: ergo forma ſpecifica eſt accidẽs. Sed non contra Auerroim: quia forma mixti aduenit materie informate forma elementi: que eſt in eſſe remiſſo: ſic ꝙ illa non ſimpliciter actuat. ſed relinquit ſubiectũ poſſibile actuari ſimpliciter per formaz mixti. ¶ Cõtra. licet differant Auerrois ⁊ Auicenna. quia Auicenna vult formas induci. ⁊ Auerrois vult eas educi. ⁊ Auicẽna non ponat corporeitatem remitti: ⁊ Auerrois ponat formaz elementi remitti: adhuc corporeitas non ſimpliciter actuat materiaz: neqꝫ actuare poteſt eandem: ſed ſemper compoſitum ex materia ⁊ forma corporeitatis eſt ineriſtens habenti formam ſpecificaz: ſicut pars illius eſſentialis. Ergo omnino cõſequentia Auerrois cõtra Auicẽnam non valet. ⁊ ſi valet: euidentius cõtra Auerroim valet: quia forma elementi aliquando ſubſtantialiter ⁊ ſimpliciter actuauit: vbi nunquam forma generica ſimpliciter actuauit apud Auicẽnam. ¶ Reſpõſio. fundamentum Auerrois eſt remiſſibilitas formarum. quia aliter ſaluari non poteſt formaz vnam poſſe reponere in eſſe ſpecifico indiuiduuz in actu: ⁊ eadem remanente extrahi aliam formam ex materia eadem: qua aliud indiuiduum actu habeat eſſe ſpecificum ⁊ determinatum. ſed hec eſt formarum remiſſibilium proprietas. ſcilicet poſſe actuare materiam: cum ipſe integre ſint: cum vero rupte ſint: poſſe expectare actum vlteriorem materiei earum perfectiuum: qđ formis non remiſſibilibus repugnat. ⁊ hoc eſt magnum fundamentum contra opinionem Antonij de parma: tenentis minimuz elementorum diuidi quantitatiue in mixto. non remiſſis elementoruz formis ſubſtantialibus. Hac igitur via euadere noluit Auicẽna neqꝫ potuit. quia eſſe ſubſtantiale datum a forma corporeitatis remanet in ſe inuariatum: dum aduenit forma ſpecifica apud ipſum. ex quo fundamento multe ratiões contra ipſuz facte procedebant ſupra. ¶ Contra. iſta poſitio Auerrois deſtruit naturaz forme. quia conuertit illam in naturam materie. quia ponit poſitio duplex eſſe ſimpliciter: actuale: potentiale: qđ eſt deſtruere principia phyloſophie naturalis: ⁊ prime. ¶ Tum etiam quia vltima forma: que eſt prius in materia antequam adueniat forma mixti: dimittit materiam in potentia ad ſubſtãtiam. implicat autez contradictionem formam ſubſtantialez eſſe in potentia naturali ad ſubſtantiaz. ¶ Ad primuz. duplex eſt actus: exiſtendi: ineriſtendi: tunc tollit ruptio forme ſubſtantiali adueniens actuz exiſtendi. qꝛ non amplius ſenſus attingit ad dicendum hoc eſt ignis. exempli gratia. Sed non tollit ruptio talis actuz ineriſtendi. quia vere poteſt intellectus dicere mixto ineriſtit ignis. exempli gratia. ⁊ ſic non reuertitur forma in purã potentiaz. quia adhuc eſt ibi actualitas ineriſtentie: licet verſus naturaz potentie reducatur forma per rupturam aliquid actualitatis abycientez. ¶ Ad ſecunduz. non eſt illa materia in potentia ad ſubſtantiaz: ſed eſt in potentia ad formaz mixti: ⁊ ſic ad aliquam ſubſtantiam eſt in potentia: ⁊ ad aliquaz non. Et nõ ſic euadere poteſt Auicẽna. quia concedit indiuiduuz in eſſe ſpecifico repoſituz recipere vere affirmatiue ⁊ eſſentialiter predicationem generis ſumpti a forma: que eſt pars eſſentialis partis indiuidui: qđ ſupra reprobatuz eſt. ¶ Ad octauuz. duplex eſt forma: ſimplex: compoſita: ſimplici ſufficienter preparant accidentia: ſed compoſite non. Compoſita duplex: imperfecta: perfecta: imperfecte due vel tres elementoꝝ forme preparant. perfecte vero quattuor. ¶ Contra. ſequiť ꝙ in minimo elementi ineriſtenti mixto erunt due aut plures forme elementorum. qđ eſt impoſſibile. pꝫ cõſequentia: quia in minimo elementi exiſtit forma mixti: quia de qualibet parte materie minimi elementi educta eſt forma mixti: ⁊ quãlibet partem illius materie informat. ergo ſi in illo minimo non preexiſtunt forme elemẽtoruz: ipſe non preparant materiaz pro receptione forme mixti. ¶ Dicunt aliqui formas elementoruz exiſtere in qualibet parte materie adequate. exempli gratia. forma ignis ⁊ aque ſunt ſimul in eadem materia adequate ad hoc: vt quelibet pars mixti quantitatiua mixta ſit: ⁊ ſic dari poſſit mixtum vniforme: taz ſubſtantialiter qꝫ qualitatiue: quãuis elementa ſint actualiter in mixto. ¶ Cõtra. tunc non poſſet in illa materia exiſtere forma mixti: patet conſequentia. quia id actualitatis: qđ non datur ꝑ vnam formam elementi datur ⁊ completur per aliã formam ſubſtantialem illi coextenſam. Qđ ſi vna elementaris forma non complet actualitatem dataz per aliam: dicat poſitio quomodo forma mixti materiam ſufficienter actuat. pars eniz actualitatis preexiſtebat. conuenientius tamen eſt tentatiuis rationibus in voce vti qꝫ in ſcriptis. Tum quia eandez materiam numero exiſtere ſub formis eſſentialiter diſtinctis: quarum vna non preparat ad aliam: neqꝫ ordinatur ad aliam: eſt impoſſibile. ⁊ preſertim adequate: ⁊ ipſa materia exiſtente eodem modo qualitatiue ⁊ quantitatiue diſpoſita. non enim bene dicitur illas preparare ad tertiuz. ſ. formaz mixti. quia ex natura ſua incompoſſibiles ſunt ⁊ diſperate: vt patet ex compoſitis earum. oporteret enim concedere. exempli gratia. hoc eſt ignis. hoc eſt aqua: eodem demoſtrato: qđ eſt impõſſibile. Tum etiam ſequitur ꝙ ſub tam modica materia quãta eſt minimi ignis poſſet forã terre exiſtere: verum hoc eſſet potius ïexiſtere qꝫ exiſtere: ꝑpter cõiunctionẽ minimi ignis cũ minimo terre: non tamen apparet quid repugnet huic imaginationi ꝙ alie elemẽtoꝝ forme forment materiam minimi elementi terre: cuz ipſum plus habeat de materia qꝫ aliud minimum ſimplicis corporis: ⁊ ſic ex materia vnius minimi ſimplicis fieret mixtum perfectum: qđ extraneũ eſt ⁊ ïpoſſibile. imo vnum minimũ terre. 1000. minimas partes forme recipere haberet ipſius ignis. Tum etiam ſequiť ꝙ elementa cõplexionata eſſent pacificata: qꝛ ſimul cũ eodez qualitatiuo inſtrumento repperirenť: qđ eſt falſum: quoniaz cõtinue pugnãt in mixto: ⁊ habent mixta principiũ alterationis actiuũ intra ſe. ſcđo phyſi. cõmento ꝑmo. ¶ Sequereť etiam plura corpora eſſe in eodẽ loco adequate. ſ. quatuor elementa. Et ſi ex vnitate materie ⁊ quãtitatis eorum ea vnum corpus eſſe dixeris tunc non valet cõſequentia a numeratione ïferioris ad numerationẽ ſuperioris ⁊ vniuoci. ſcꝫ hec ſunt quatuor elementa. ergo hec ſũt quatuor corpora: qđ cõtra dialecticas diſciplinas procedit. vti etiam potes demonſtratiuo loci. ſcꝫ hic ſunt quatuor elementa. ergo hic ſunt quatuor corpora. Sequitur etiam ꝙ ea: que ſunt naturaliter cõtraria: eẽnt ſimul: qđ eſt impoſſibile: patet ꝯſequẽtia: qꝛ ad formas elementorum naturaliter ſequunť qualitates ꝑme intenſe in gradibus: in quibus naturaliter ſunt ïcõpoſſibiles. Sequiť etiam formas elementoꝝ ſe penetrare: ⁊ ſic duabus elementaribus formis in eadẽ numero materia cõpoſſibilibus: infinite numero forme eſſent cõpoſſibiles: qđ abhorret natura. Item ſequiť vnũ elementũ materiã alterius elementi ad ſui naturã cõuertere: ⁊ tamẽ nihil corrũpere: ⁊ ſic generatio cõpleta eſt ſine corruptione patꝫ ꝯñtia: qꝛ vnũ elemẽtũ: dũ fit mixtio: ꝑducit ſuã formã in mã alterius elementi: a qua non expellit preexiſtentem formaz elemẽti. ſequitur etiam ꝙ non fieret mixtio: qn generentur ſimplicia: patet cõſequentia: quia in quolibꝫ minimo ſimplici producende ſunt aliorũ elementorum forme. hec autẽ inconuenientia ſunt. ¶ Dico igitur formas elementorum determinatas partes materie diuerſas formare: ſic ꝙ in mixto materia minimi ignis formã mixti recipit ſm partẽ: non ſm totũ: ⁊ nullius elementi formam recipit: ſed preparant forme elementorũ materiam ad formã mixti: non aũt generaliter ꝑparant quatuor elementorũ forme cuilibet parti minimi mixti: ⁊ ſic concediť ꝙ maiorem ſubſtantialem preparationẽ requirit tota forma ſubſtãtialis mixti qꝫ certa eius forme ps.

¶ Ad nonũ principale. negať conſequentia: qꝛ non due elementoꝝ: neqꝫ due mixtorũ: ſed bene vna elementi: ⁊ alia mixti: neqꝫ cõſimilis eſt ratio de omnibus: qꝛ elemẽtum preparat mixtioni: ⁊ in mixtum ordinať vt materia ïmanens. Si autẽ elementũ in elementũ ordinať: vt aq̃ in aerem. q̃rto phyſicoꝝ. cõmento. 49. hoc eſt vt materia tranſiẽs ad meliorem formã ordinať: ⁊ hoc modo ẽt vnum mixtum in aliud ordinať. ¶ Ad decimum conceditꝫ ꝯſequẽs. Sciendũ tamẽ ꝙ qꝛ aliquantã remiſſionez tolerat ignis potens actuare materiã: ⁊ aliquantã nõ: qđ datur maximus gradus ſub quo ignis materiã actuare nõ põt: negatiua enĩ ïdefinita verificať pro gradibus minoribus. ⁊ dať primũ inſtans eſſe mixti: ideo ille gradus ignis: q̃ habeť in primo inſtanti eſſe mixti: eſt maximus ſub quo nõ põt ignis actuare materiã: qꝛ ſub illo nõ: ſub nullo minori: ſed ſub quolibet maiori gradu ignis materiam põt actuare: ⁊ ſit exẽpli grã. gradus vt. 7. ¶ Cõtra. ſequitur ꝙ tunc ſemper generaretur ignis eque ïtenſus.

¶ Secũdo. ſequiť ꝙ ſemꝑ eque cito generareť ignis ſiue a forti agente ſiue debili: qđ eſt cõtra ꝑncipia naturalia. ¶ Rñ̃o non ïconuenit primũ ꝯſequens: neqꝫ ipſum eſt neceſſariũ: ignibilia enĩ ſunt mixta varias ſibi qualitates determinãtia: vt ſulfur. ⁊ palea: oleũ ⁊c. ideo negať ꝯñã. ¶ Ad 2ᵐ. negať ꝯñã: qꝛ plus reſiſtiť vni agẽti qꝫ alteri: ⁊ eſt fortius vnũ agẽs altero: vel ïpediť vnũ: ⁊ non alteꝝ vl' bñ applicať vnũ ⁊ nõ alterũ. Si tñ mixtũ reſoluiť in eltuz: datur minimus gradus ſub quo eſt ignis in actu. exempli gratia. ⁊ eſt gradus vt. 7. vt exemplificaui: ⁊ tũc cõſequẽter ad exemplũ nullũ dabiť mixtũ calidũ: ⁊ ſiccũ vt. 7. neqꝫ calidius ⁊ ſiccius qꝫ vt. 7. qꝛ tunc ignis in illo mixto eſſet in actu: in quo poſſet mãz actuare: ⁊ ſic non poſſet expectare mã illa exiſtẽtiã a forma mixti: ipſa remanente ſic circũſtãtionata. ſimiliter de alys elemẽtis intellige. ¶ Cõtra. ſequitur ꝙ ignis ſemꝑ veniet ad mixturã ſub vno gradu preciſe. cõſequens eſt ïcõueniẽs: quia magnis igneũ eſt vnũ mixtũ altero. patet cõſequẽtia: qꝛ ſignas maximũ graduz ſub quo ignis actuare nõ poteſt. ¶ Rñ̃o. negãdo cõſequẽtiã: qꝛ natura per determinata media ꝑcedit: cũ enĩ venerit ignis ad illũ gradũ ſub quo exiſtere non poterit: ⁊ natura mixti generandi non tantum gradum expectet pro ſui eſſe: tunc generabitur ibi vnum mixtum ſaltem imperfectum. ſm ꝙ meli⁹ erit poſſibile nature generanti: dũmodo pro tũc ſit aliud elementũ reductum ad eſſe potentiale. ſi enim non eſſet pro tunc niſi ignis ruptus: tunc ignis in naturã agentis in ipſum conuerteretur. aut in aliud. ¶ Ex hoc apparet neceſſitas formarum imperfectarum adinuicem ordinatarum: anteqꝫ generatio mixti perfecti compleatur: ⁊ ſic patet ꝙ non omne mixtuz ex quatuor elementis eſt. Et tunc dato mixto imperfecto: cõtinuabit naturale agens actionem reducendo elementa ad determinatam menſuram: quã agens intendit: quia etiam elementa in ſuo eſſe remiſſo ⁊ potentiali creſcere poſſunt ⁊ decreſcere. Et ſic actu faciunt: quia ſunt naturaliter agentia inuicez applicata contrarietatem habentia ⁊ non totaliter impedita. ¶ Contra. ſequitur elementum ſub remiſſiori gradu forme ſubſtantialis ⁊ qualitatis reperiri poſſe in mixto qꝫ per ſe: qđ nõ videť verũ: qꝛ poſſibile eſt ſibi minus cõtrariari mediũ in quo ſit elementũ qꝫ mixtũ: in quo cõtineť elntuz. ergo ſub remiſſiore gradu durare poterit elementũ extra mixtum qꝫ in mixto. in mixto enĩ neceſſario coniungiť elementũ ꝯtrario. Sed extra mixtum põt elementũ eſſe in medio cõtinẽti nõ ꝯtrario: ſed ſimili. puta in regione propria. ¶ Rñ̃o. cõcedendo ꝯſequẽs. Ad improbationez non ponunť minima naturalium ꝑpter cõtrarietatẽ extrinſecorũ ꝑncipaliter: ſed ꝑpter nãm forme rei naturalis ſic requirentis. Secũdo: qꝛ forma mixti intendens conſeruare ſeipſam taliter regulat actiões ꝙ miſcibilia conſeruantur in illa ꝑportione: in qua mixtum ſibi determinat illa miſcibilia: ſed cuz non poſſe incipit forma mixti formas illas amplius regulare: mixtũ incipit deficere. reſiſtentiaz igitur habet elementum ruptum ad cõtraria per formam mixti: quã non habet elementum integrum. ¶ Ad vndecimuz principale. dicendum ꝙ ſub aliquanto gradu exiſtere poteſt ignis in potentia ⁊ ſub aliquanto non: qꝛ infinite remiſſus eſt gradus aliquis. ideo ſi ſub quocunqꝫ gradu exiſtere poſſet: infinite modice virtutis eſſet in mixto: ⁊ cum multum potente cõtrario: ipſum facere non poſſet mixtionẽ: ⁊ cũ datur primum nõ eſſe ipſius ignis: dabiť maximus gradus ſub quo ignis in potentia exiſtere non poteſt: ⁊ eſt exempli gratia gradus vt vnum vt predixi. Si tamẽ generaretur ignis: daretur minim⁹ gradus ſub quo ignis

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

poſſet exiſtere:⁊ eſſet ille quē haberet ignis in primo in/
ſtanti ſui eſſe. ¶ Correlarie conceditur elemēta ſub re/
miſſiori gradu generari poſſe q̄ȝ conſeruari:q2 in genera/
tione eorū preſens eſt agens faciens pro eorū ↄſeruatio/
ne ⁊ vigore.ideo vtplurimū poſt generationeȝ eoꝝ ipſa
intendunt̃.imaginabile eſt tamen ꝙ ſub illo gradu ſub
quo generant̃:etiam conſeruentur : neqȝ ſequit̃ dari ele/
menti vltimum eſſe in actu:q2 ſub illo gradu certo tem/
pore ſeruari poſſet:⁊ in fine illius temporis p̄mo nō eēt
illud elementum.intelligo igit̃ de cōſeruatione elemen/
ti in ſuo eſſe actuali.cum dico elementum ſub remiſſiore
gradu generari poſſe q̄ȝ cōſeruari.Si autē loquar de cō/
ſeruatione elementi in ſuo eſſe potētiali.dicendū ꝙ ipm
ſub remiſſiori gradu cōſeruari poteſt q̄ȝ generari in actu:
q2 remiſſior eſt minimus gradus elementi in ſuo eſſe po
tentiali q̄ȝ ſit minimus gradus elemēti in ſuo eſſe actua/
li.ſignatus eſt enim minimus actualitatis gradus.vt.7.
minimus vero potentialitatis.vt.i.ſub quo eē potentia/
li:licȝ terminent elementa generationē aut corruptionē
incōpletā:non tamē completaȝ:de qua loquebar in pre/
ſenti correlario. ¶ Contra.ſequitur ꝙ maioris reſiſten/
tie erit ignis in eſſe potentiali q̄ȝ in eſſe actuali.cōſequēs
falſuȝ:q2 minor eſt forma in eſſe potētiali q̄ȝ in eē actua/
li:patet cōſequētia:q2 ignis in aqua ſuffocat̃:dū ſubmer/
gitur.⁊ lapis in quo eſt ignis remiſſus ſeruat̃ iteger.⁊ ſic
ignis in eo ſeruatur. ¶ Reſpōdeo.duplex eſt reſiſtētia.
eſſentialis:accidētalis:eēntialis ſequitur naturā forme:
accidentalis vero ſequit̃ adiunctū adiuuans.tunc rōne
proprie ⁊ eſſentialis reſiſtētie maior eſt fortitudo forme
in actu q̄ȝ eiuſdem in potentia.iuxta rationem argumen
ti:ſed ratione alterius forme.puta lapidis:ſtat viȝ eē ma
iorem elementi remiſſi ad reſiſtenduȝ. Intelligo de lapi
de:qui eſt corpus mixtum:puta ſmaragdo aut adamāte.
⁊ niſi eſſet hec reſiſtentia per accidens:nullū mixtuȝ lō/
go tempore duraret. ¶ Ex his patet ꝙ facta ſubſtātiali
trāſmutatione aque in ignem:oportet aquā ad notabilē
ſiccitatem ⁊ caliditatem deduci:quanta requirit̃ pro ex/
traducenda forma ignis:⁊ iſte gradus ſupra mediuȝ gra
duȝ caliditatis eſt.quia iuxta Ariſtotelē ſcđo de partib⁹
animalium.capite ſcđo.ignis nunq̄ȝ frigidus datur.⁊ q2
facilius eſt aquā in alterādo calefacere q̄ȝ exſiccare:ideo
facilius ipſa in aerem cōuertit̃ ab igne q̄ȝ in ignem.ſym/
bola enim eſt aeri aqua:ſed non igni. ¶ Cōtra.ſequit̃ ꝙ
non fiet alteratio in elementis ſine gñatione vel corru/
ptione:quia forma ſubſtantialis elementi:⁊ qualitas ei⁹
inſeparabiliter ſe habent. ¶ Secūdo.ſequit̃ ꝙ igne ſū/
mo agente in aquā:ꝙ ſtatim inciperet eſſe aer ⁊ terra.pȝ
cōſequētia ex qualitatū combinationibus:⁊ ſic perfecte
mixtum fieri poſſet ex duobus elementis. ¶ Tertio.ſe/
quitur ꝙ medium aīalium terreſtriū in hyeme eēt plus
aqua q̄ȝ aer.quia ipſuȝ plus habet de frigiditate q̄ȝ de ca
liditate. ¶ Quarto.ſequit̃ ꝙ vapor eleuatus ab aqua nō
eſſet aqua.neqȝ de facili conuertibilis in aquā:quia in eo
leuitas dominatur.cuius oppoſitum patet experientia.
¶ Quinto.ſequit̃ non eſſe elementa inuicē immediate
trāſmutabilia.patet cōſequentia:q2 in pn̄cipio actionis
ſtatim fit mixtū:cōſequēs eſt cōtra experientiaȝ : ⁊ phm
ſcđo de gñatione.tex.com̄.35. ¶ Ad primū.de gñatione
completa loquēdo:negatur ↄſequentia:ſed de incōpleta
loquēdo:etiam negat̃ cōſequētia:q2 ſi remiſſa eſſet ignei/
tas per remiſſionē ſiccitatis ſtante caliditate:tunc adue/
niente remittente caliditatē:non oportet formaȝ ſubſtā/
tialē remitti donec durat gradus caliditatis ſupra gra/
dum forme. ¶ Ad ꝓbationē negatur aſſumptū:quia iȝ
ſtante ſubſtātiali forma:ſtet vtraqȝ qualitas:non tamen
oportet ſtante vna qualitatuȝ ⁊ altera remiſſa:ſtare for/
maȝ ſubſtantialē.ſimiliter vna qualitatū creſcente alia
vero decreſcente:impoſſibile eſt formā ſubſtantialeȝ cre
ſcere ſimul ⁊ decreſcere.ideo non inſeparabiliter ſe ha/
bent ⁊c̄.⁊ licȝ pro extraductione forme ſubſtātialis elnti
nō ſufficiat vna qualitas:quia non ſufficienter preparat
vna q̄litas mām ad ſubſtātiā vnius elementi.calefaciēs
enim non ignit:niſi exſiccet:aut in ſiccam materiā agat:
tamē poſtq̄ȝ forma eſt in materia:ibi ſunt due qualitates
preparantes pro ipſa forma elementi.vna tamen primo
preparat.alia vero ſcđo. Dixit eni Auer.ſcđo de gñatio/
ne.tex.cōmenti.26.vnumqđqȝ iſtoꝝ.ſcȝ elementorū cō
ſtituitur ex duabus differentȳs.ſcȝ quarū vna eſt quali
tas actiua:altera vero paſſiua.Conſiderandū tamen eſt:
an ſequatur intenſio elemēti variationē medy ꝓportio/
nalis inter illas qualitates:an non.quacunqȝ enim qua/
litatū illaruȝ variata variat̃ medium ꝓportionale illaꝝ
qualitatū.ideo ſi teneat̃ pars queſtiōis affirmatiua:quā
tenuit calculator tractatu de elementis:ſequitur elemē/
tarem formā preciſe variari:ſicut medium illud propor
tionale variat̃. Huius tamē acutiſſimi viri:cuius igeniū
ſepe admiratus ſum:opinio longe abeſt a veritate.Qua/
litates eni quas elementū ſibi determinat:alterius ſunt
rationis.ergo earū denominationes alteri⁹ rationis ſūt.
ergo non in vnā denominationē cōgregari habent. Nō
eniȝ poſſibile eſt denominationē vnā.exempli gratia.in
igne calidi ⁊ ſicci ſumendā eſſe:quia tunc oporteret cali/
ditatem poſſe nominare ſiccum.⁊ ſiccitatē calidum:que
improbabilia ſunt:caliditatis eni proprium eſt calidum
denoiare:ideo ſiccitati nō ↄueniens.ꝓbat̃ tñ ↄña:q2 ſit
a.ignis calidus:vt.6.⁊ ſiccus.vt.6.⁊ itendat̃ illi⁹ caliditas
ad ſūmū ſtāte illi⁹ ſiccitate.tūc ꝑ poſitionē eſt.a.calidius
⁊ ſiccius q̄ȝ prius:q2 medium proportionale inter 6.⁊.6.
eſt.6.⁊ medium proportionale inter.6.⁊.8.eſt quaſi.7.⁊
non eſt.a.calidius ⁊ ſiccius niſi ꝓpter intenſionem cali/
ditatis:vt ponit caſus.ergo maior caliditas poteſt nomi
nare ſiccius:neqȝ loquor nunc de ſiccitate caliditatē cō/
ſequente:quā calefaciens inducat:quia ſuppoſitū eſt ſta
re ſiccitatē:neqȝ curo an caliditas hāc faciat nominatio/
nem abſolute accepta:an reſpectu ſiccitatis:cū qua con/
iungit̃:quia qđ nature rei repugnat per nihil extrinſecū
rei poteſt attribui.ſtante igitur vna elemēti qualitate in
tenſa:alia v̄o remiſſa:preciſe quantū remittit̃ vna quali/
tatū:tm̄ remittit̃ forma ſubalis elemēti.Et ſic potius ſe/
quitur intenſio elementi qualitatis ſue remiſſioris inten
ſionē q̄ȝ ſequat̃ mediū proportionale:neqȝ calculatoris
argumenta cōtra cōcluſionē hanc arguentia procedunt
quia cōflari denominationē vnam preſuppoñt ex dua/
bus alterius rationis qualitatibus : qđ negamus. ¶ Ad
ſcđm:negat̃ ↄſequētia:quia non eque cito incipit eſſe for
ma ſubſtātialis ſicut qualitas:q2 remiſſior eſt minimus
gradus qualitatis q̄ȝ ſit minimus gradus eiuſdem qua/
litatis:cum quo ſtare poteſt forma ſubſtātialis in mate/
ria:⁊ cum incipit eſſe forma ſuccedens:non in eadeȝ ma/
teria manet ſubſtantialis forma preexiſtens.Sed mini/
mus gradus qualitatum cū quo non ſtat forma preexi/
ſtens : qui alſ potuit eſſe maximus gradus cuȝ quo ſtat
forma que nunc eſt preexiſtens:eſt minimus gradus cū
quo ſtat forma que nunc eſt ſequēs:⁊ alſ erit maximus
gradus cum quo non ſtabit forma:que nūc eſt ſequens.
poſſunt enim elementa inuicem tranſmutari. Exemplo
vtar:conuertatur aqua in ignē:tunc caliditas deducitur
ad intenſum graduȝ conuenienteȝ igni:ſit ille gradus.vt
gnqȝ.tunc ille eſt minimus gradus caliditatis cum quo
non ſtat forma ſubſtantialis aque: ⁊ ille eſt minimus



gradus cū quo ſtat ignis. Ecōtra autem econuerſo igne
in aquā:gradus.vt.5.caliditatis eſſet maximus cuȝ quo
non ſtat ignis:⁊ eſſet maximus gradus cum quo ſtat aq̄.
Si autem de frigiditate ſit ſermo in caſu conuerſionis
aque in ignem.gradum accipiam frigiditatis.vt.3.com/
poſſibilem gradui caliditatis.vt.5.⁊ dicam ꝙ maxi/
mus gradus frigiditatis cum quo ſtat ignis eſt gradus
vt.3.⁊ illemet eſt maximus cum quo non ſtat aqua.Ecō
tra autem cōuerſo igne in aquam gradus frigiditatis.vt
3.eſt minimus gradus frigiditatis cum quo ſtat aqua:q2
datur primum inſtans in quo eſt aqua.⁊ illemet eſt mi/
nimus gradus cum quo non ſtat ignis:vnius exēplo vſi
ſumus vt facilis fiat ad alia tranſitus.oportet enim itel/
lectum eſſe vniuerſalē ⁊ applicatiuum.Qđ autem fieret
mixtum perfectū ex duobus elementis mediate.ſcȝ eis
ſm partes diuerſas in quatuor elementa conuerſis:nul
lum eſt inconueniens:ſed non generando alia elementa
ex illis duobus:neqȝ aliunde habendo alia duo elemēta:
nunquā ex illis duobus mixtum perfectū haberet̃. Sȝ
ſi mixtum inde fieret:eſſet imperfectū. ¶ Ad tertiuȝ.cō
fuſa eſt aliquādo aeris ſubſtātia i hyeme:ꝓpter vaporū
permixtionem.ideo negatur cōſequētia. ¶ Ad quartuȝ.
negatur ↄſequētia.q2 impreſſionē a calido faciliter per/
dit:neqȝ aſſero vaporem eſſe aquaȝ.vt patet aduertenti.
¶ Ad qntū.negat̃ ↄña:pȝ ex rñſione ad pm̄ū:neqȝ ad/
miſcēt̃ forme elementorū ſtatim cū icipit eorū alteratio.
ſtāt enim ↄrie qualitates in elemēto vno.itelligo ꝙ qua/
litates que in certis eorū gradibus cōtrarietatē habent.
in certis gradibus:in quibus cōtrarietatē non hn̄t:ſtant
ſimul:aliter ipſuȝ non eſſet alterabile:neqȝ corruptibile:
aliter agens qualitatē ſūmam ſm ſe totam ſubito extra/
duceret poſt cōtrary expulſioneȝ:aut ſucceſſiue qualita/
tem extraduceret:quādo nihil impediret aut reſiſteret.
que nō cōſonant.patet cōſequētia:q2 aut nō ſuccedit cō/
trarium cōtrario:neqȝ ſuccedere aptuȝ eſt:⁊ ſic non ſunt
elemēta alterabilia:aut ſuccedit:⁊ hoc dupliciter:aut fa/
cta graduum cōtrarioꝝ permixtione:⁊ tūc ↄtraria ſe cō/
patiunt̃:aut ſine graduū permixtione:⁊ tūc aut imedia/
te poſt corruptionē vnius cōtrary ſūma alterius latitu/
do extraducit̃ de paſſo:⁊ ſic qualitas gradualis ſubiecto
ſm totam ſuam latitudinē extraducit̃:aut ſolum remiſ/
ſior gradus introducitur.deinde intenſior:⁊ ſic:q2 in his
ſimplicibus ſolū materia prima ſubycit̃.que nihil habȝ
quo reſiſtat agenti.poſtq̄ȝ perdidit cōtrariā formā ⁊c̄.iđ
ſucceſſiue extraducitur qualitas quādo nihil reſiſtit agē
ti. ¶ Secūdo pn̄cipaliter arguit̃ ex natura materie.ſub/
iectum generationis eſt ens in potentia.primo phy.cō/
mento.54.⁊ pm̄o de generatione.tex.com̄.io.⁊ in lib.de
ſubſtātia orbis.capite pm̄o.ergo forme elementoꝝ non
manent in mixto.patet conſequētia:quia generabile eſt
mixtum:cuius generationis ſubiectum debet eſſe ens in
potentia:⁊ non ens in actu per formas elemētoꝝ. ¶ Se
cundo:quomodo recipiens erit denudatū a natura rece
pti:ſi materia iformata formā recipit. ¶ Tertio.in oēȝ
formā natura materie inclinatur:ergo nō magis in vnā
q̄ȝ in aliā.ergo cū infinite ſint forme potentes exiſtere in
mā:vel ſpecie:vel indiuiduo:inter illas nō eſt ordo.ergo
omnes imediate materiā primaȝ poterunt informare.ḡ
forma mixti nō preſupponit formā elementi in materia.
¶ Quarto.ſequitur ꝙ non infinite eſſent potētie in ma/
teria:cōſequens eſt falſuȝ:quia infinite forme ſunt ibi re/
ceptibiles.patet cōſequētia:q2 ibi eſt ordo potētiarū.qa
priores ſunt potētie ad elemēta q̄ȝ ad mixta. ¶ Ad pm̄ū
reſpōdet Auerro.tertio celi.cōmēto.67.vniuerſale gene
rationis pn̄cipiū ⁊ materiale oportet eſſe purā potentiā:
⁊ oēm actum excludere:⁊ hoc maxime ſaluat̃ in elemen
torū generationibus:ſed in mixtoruȝ generatiōibus mā
nō ſic oēm actum excludit:ſed actū ſibi dantē eſſe ſpeci/
ficum excludit: cuiuſmodi nō ſunt forme elementoꝝ in
mixto:quia ibi ſunt in eſſe tali ꝙ ſimpliciter actuare non
poſſunt. Aliter genitum eſſet ſimplex ⁊ mixtum inſimul.
ꝓportionabiliter arguendo vt Auerro.3° celi.cōmento
54.de corporibus in actu:quorū vnuȝ ex alio generare/
tur. ¶ Ad ſcđm non recipit̃ forma mixti in materia:niſi
ſm ꝙ materia eſt in potentia.ſ.poſtq̄ȝ materia perdidit
eſſe actuale:qđ habebat a formis elementorum.dicit ly
poſtq̄ȝ ordinē nature:⁊ non tēporis:q2 primuȝ eſſe refra/
ctum elementorū eſt primū eſſe mixti:⁊ primū nō eē ele
mentarium formarū in actu. ¶ Ex quo patet ꝙ niſi ſil
fiat quatuor elementorū refractio:ꝙ nō fiet mixtio per/
fecta:procedente igitur actione elementorū adinuicem
ſic ꝙ non in eodem inſtanti corrumpant̃ forme elntoꝝ:
ſed vna prius q̄ȝ altera:tunc ex illa materia nō generat̃
mixtū perfectū:niſi forte iterū oium preexiſtentiuȝ for/
marū fiat corruptio in certo dato inſtanti:tunc eniȝ non
ſunt elnta ſubdominantia:quaſi dominantia dominata:
ſicut vult phs pm̄o de generatione.textu ↄmenti.89.ſed
eſt ibi aliqđ elemētū cōuertēs alterum in ſui nām:aut in
aliā.dic̄ tamē Auerro.huic argumto ꝙ mā eſt denudata
nō ſimpliciter:ſed a ſpecie actus:quē habȝ recipe. ¶ Cō
tra.ſubiectum generationis nō eſt ens in actu:ſȝ eſt ens
in potētia:ergo ipm nō habȝ aliquē actū.ergo gñatio eſt
de nō ſubiecto.ergo mā per nullā formā actuat̃. ¶ Tū
q2 non apparet qn forma elemēti vnius expectet formā
alterius elemēti:quēadmodū forma elementi expectat
formā mixti. ¶ Ad pm̄ū.fractura ducit ad eſſe potētia/
le. ¶ Ad ſcđm.fractura ducit ad nō ſubiectū:⁊ licȝ ſubȝ
gñationis ſimplicis nullaȝ habeat actualitatem:tamen
ſubiectum generationis compoſite habet actualitatem
inexiſtentie:licȝ non habeat actualitatē exiſtētie. ¶ Ad
tertiū Auerro.tertio celi.cōmēto.67.forme elementorū
ſunt eiuſdeȝ generis.ſ.ordinis:q2 licȝ in latitudine entiū
ordinē hēant:tamē nō eſt ordo eēntialis inter ſimplices
formas in formando mām:quia tunc ſecūda forma ſup/
ueniens priori non eſſet ſimplex:q2 ipſa eſſet reſolubilis
in priorem formā:ſed nō eſt ſic de formis mixtorū cōpa/
ratis formis elementoꝝ:forme enim mixtorū cōpoſite
ſunt.ergo in formas elntorū reſolubiles ſunt tanq̄ȝ poſte
rius in ſuum prius. ¶ Ad quartū:tātū quatuor ſpecies
formarū materia prima imediate reſpicit:⁊ ſic concedit̃
cōſequens:⁊ ad improbationē negat̃ antecedens. Sed
quantū ad numerū formarū elementarium negatur cō/
ſequentia:⁊ ad improbationem inter potentias ſolo nūe/
ro differentes non eſt ordo eſſentialis:neqȝ eſſentiarum:
neqȝ inter formas elemētoꝝ vna eſt prior in materia q̄ȝ
alia:⁊ ſic negat̃ aſſumptum. Ad ſcđam cōſequētiā.potē
tia māe ad formas mixtoꝝ:q̄ ordinē habent ad formas
eltoꝝ : nō eſt ꝓprie po⁹.vt in p̊ huius dictū eſt:⁊ ſic po/
tentie materie quadruplex eſt terminus:⁊ ſic potētia eſt
quadruplex:ſed mediantibus elementorū formis alias
pōt demū mā formas recipere.iz.meta.cōmēto.y.⁊.i4.
potentia igit̃ materie eſt aliquo modo vna:⁊ aliquo mō
multa ex parte ſubiecti eſt vna:ex parte termini eſt mul/
ta:quia igitur forma elementi eſt imediata nature mate
rie prime:ſolum illā actuare poteſt:⁊ imediate:⁊ nō me/
diate.ideo nullā formaȝ preſupponit forma elementi:ſȝ
forma mixti diſtat a natura materie prime.ideo ipſa nō
poteſt eaȝ imediate actuare.ſed requirit forma mixti for
mas elementorū in mā:aliter illud qđ dr̄ mixtū nō eſſet
mixtū:velle eni naturā potētialē:que eſt ſimplex:actua/

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ri per foꝛmā cōpoſitam.⁊ non per foꝛmā ſimplicem.eſt
ponere actum ⁊ potentiā non coꝛreſpondere in natura.
¶ Tertio principalr̄ arguit̄ ex agente.data elemētoꝛū
remanētia in mixto:ſequit̄ ꝙ agens generatiuū elemēti
approximatū mixto ſubdominanti non generaret ex il-
lo elemētū.cōſequēs eſt cōtra experientiā.patꝫ cōſequē-
tia:qꝛ elementū ibi p̄exiſtit.¶ Scđo.ſi elementa face
rēt mixtū:effectus eſſet nobilioꝛ cauſa.patet cōſequētia.
qꝛ mixtū eſt nobilius elemēto:cōſequēs eſt incōueniēs:
qꝛ illa nobilitas eēt icauſata:qꝛ a cauſa ipſa dependere nō
poſſet:quia naturā cauſe excedit pfectio effectꝰ.¶ Ter-
tio.natura agētis eſt eſſe in actu:ſed elnta in mixto agūt.
ergo ſunt in mixto in actu:⁊ nō in potētia mixtū eniꝫ eſt
ab intrinſeco coꝛruptibile:⁊ ſic coꝛrumpit̄.ſcđo phyſico.
cōmēto pꝛio.⁊ p̄mo de gn̄atione.cōmēto vltimo.elemē-
ta eni in mixto poſſunt redire ad eoſdē effectus.ideſt ad
ſuā pꝛiſtinā actualitatē:niſi affuerit impedimētū:qđ nō
fit:niſi per pꝛopꝛiā actiuitatē vnius in alterū:aut ab ex̄.
¶ Quarto ex vno ſimplici elemento pōt agens facere
mixtū:quia ex vno elemēto mixtū p̄t generare quatuoꝛ
foꝛmas elementoꝛū:ex quibus fiet mixtum.¶ Quinto.
agens mouens ad mixtionē violentaret elemēta:que in
mixtionē venirent:⁊ cum nō ſit agens violentans elnta:
illa nō veniunt ad mixtionē.¶ Sexto.ſequit̄ non dari
mixtū vnifoꝛme:qꝛ ex alterius rationis partibus mixtū
omne integratur.¶ Ad pꝛimū.agens in caſu intēdit foꝛ
mā elemēti:donec ducat illā ad eſſe actuale:⁊ tūc foꝛma
mixti coꝛrumpit̄:⁊ ſic negat̄ cōſequētia:⁊ tunc agēte ſup
totā materiā dominante:alia in ſui naturā cōuertit. Si
autē nō dominat̄:ſoluta ligatura reintegrant̄ elnta:⁊ in
eoꝛū loca naturalia abeunt abſente impedimēto.⁊ iſtud
mixti reſolutio appellat̄.¶ Ad ſcđm.cauſa vniuerſalis
eſt celū:iſtrumētalis ſunt elemēta:particularis eſt caloꝛ
materie inexiſtēs:intelligo:ſicut coꝛpus contentum:non
ſicut foꝛma in ſubiecto:qui caloꝛ celeſti caloꝛi pꝛopoꝛtio-
nat̄.¶ Ad tertiū.eſſe in potētia in aliquo eſt per inexi-
ſtentiā materie in illo:que eſt potentia aliquid:⁊ hoc eſſe
potētiale nō eſt actiuū:aliud eſt eſſe potētiale:qđ eſt eſſe
remiſſum foꝛme nō potētis dare exiſtētiā:licꝫ det inexi
ſtere:⁊ hoc eſt actiuū.⁊ huiꝯ ſūt elemēta in mixto.¶ Cō
tra.mām actuari p̄ foꝛmā nō eſt aliud ꝙ̄ mām infoꝛma-
ri foꝛma:ſed elementoꝛū foꝛma quātūcūqꝫ remiſſa ifoꝛ-
mat̄ materia.g̊ mā actuat̄.¶ Secūdo.eē foꝛme mālis
non eſt niſi foꝛma exiſtens in materia:ergo quandocūqꝫ
foꝛma eſt exiſtens in mā:ipſa dat eſſe materie.¶ Ter-
tio.effectus foꝛme inſeparabilis eſt a foꝛma:ergo inexi-
ſtente foꝛma:ipſa materiā actuat.¶ Ad pꝛimū.actuari
māꝫ eſt duplr̄.ꝯplete ⁊ icōplete:tūc ꝯplete mā actuat̄ cū
a foꝛma recipit id cuius eſt mā:nomē ⁊ diffōnē:⁊ ſic foꝛ-
me elementoꝛū nō actuant mām:qꝛ quātūcūqꝫ modica
materia ſit pars demōſtrati.hec eſt falſa:hoc eſt ignis:qꝛ
in illa mā eſt foꝛma mixti.Aliud eſt incōplete actuari:⁊
eſt māꝫ hr̄e eē nō ſpecificū ab illa foꝛma:⁊ ſic mā actua-
tur foꝛma elnti:qꝛ elntū inexiſtit tanqꝫ pars eſſentialis:
aut ſaltē tanqꝫ pars partis eſſentialis.vt dixit Auerrois
ſcđo de gn̄atione.cōmēto.48.⁊ ille.ſ.partes elemētoꝛuꝫ
in mixto ſunt partes in qualitate:vbi partes in continuo
ſunt partes in quātitate.¶ Ad ſcđm.pꝛopoꝛtionabiliter
ſicut duplex eſt foꝛma integra:ſic ꝙ dare poteſt exiſtētiā.
foꝛme eni mixtoꝝ quāuis intenſionē nō habeāt:integrā
poſſunt tamē dare exiſtentiā:⁊ rupta:ſic ꝙ tantuꝫ inexi-
ſtentiā dat:ita duplex eſt eſſe.ſ.exn̄tie:⁊ inexiſtentie:eſſe
igit̄ inexiſtens eſt foꝛma iexiſtēs:⁊ eſſe exiſtēs eſt foꝛma
exiſtens:⁊ ita foꝛma elemēti eſt in mā:a qua tn̄ materia
nō hꝫ eſſe ſpecificū ⁊ completū.¶ Ad tertiū.eſſe ſpecifi-
cū eſt ſeparabile a foꝛma.Intellige ꝙ certa foꝛma eſt in
rerū natura:a qua ſeparabile eſt eſſe ſpecificū.vniuerſa-
liter eni intelligendo falſum eſſet:qꝛ a foꝛmis mixtoꝛuꝫ
nō ſeparabile eſt:ab ea tn̄ foꝛma:a qua ſeparabile eſt eē
ſpecificū:nō eſt ſeparabile eſſe cōpletū vel incōpletū.vn̄
caliditas vnius gradus nō pōt denominare ſubꝫ calidū
ꝓpter multā frigiditatē illi ſubiecto inexiſtentē:eſt tamē
dr̄ia:qꝛ caliditas vnius gradus denoiat ſubm̄ in quo eſt
adequate calidū vno gradu:licꝫ nō nominet ipſuꝫ calidū
abſolute:ſiue ſit ille gradus in ſubo illo ſine ꝯtrario:ſiue
cōtrariū adſit:ſed foꝛma ignis nō noiat hoc eſſe ignem:
neqꝫ intenſum:neqꝫ remiſſuꝫ:ſed bene noiat hoc demō-
ſtratū ad ſenſum in ſe habere ignē intenſuꝫ vel remiſſuꝫ.
¶ Ad q̄rtū pōt eſſe ꝙ generans elemēta nō habꝫ vim
cōmiſcendi ea:⁊ ſic generatis elemētis nō idē fieret mix
tū:pꝛeterea ſic mediate ex vno elnto mixtū perfectū fa-
cere nō eſt ꝯ determinata.¶ Ad quintū pars ignis in cō
cauo lune exiſtens:cū ſit coꝛruptibilis:aliqn̄ coꝛrūpet̄:⁊
nō in ſphera ꝓpꝛia:ſed exibit eā virtute ſtelle nō intenſe
calefactiue:niſi foꝛte eſſet ita foꝛtis v̾tus in ſphera ignis
pꝛo alterius elementi generatione:ſicut eſt aliqn̄ in aere
virtus aque generatiua:aut exibit ſpherā ignis v̾tute par
tis celi ſeptētrionalis:alijs partibus ignis leuioꝛibus ſu
pꝛa eam aſcendentibus:⁊ ſic ad locū vbi aer:aqua:⁊ ter-
ra:coniungunt̄.valet deſcendere.videmus eniꝫ aliquā-
do incēſa in ſuperioꝛi aeris regione vſqꝫ ad terrā deſcen
dere:⁊ fumalis etiā euapoꝛatio exiens a terra virtute ca
loꝛis ſolis ⁊ ſtellarū:⁊ puluis a vento in aerē eleuatꝰ ſuf-
ficiunt pꝛo generatione mixtoꝝ:ſaltē imperfectoꝛū:cir-
ca mediā aeris regionē:⁊ ſic cōcedit̄ ꝙ in locū mixtiōis
aliquādo aliqua cū aliquali violētia cōcurrunt.dedit tn̄
natura elemētis medijs grauitatē ⁊ leuitatē:quibus coꝛ
poꝛa mota per ipſas adiuuant:vt facilioꝛ eſſet eoꝛū ꝯcur
ſus ad mixtionē.Dixit eni Auer.4.celi.ꝯmēto.39.qꝛ ele
menta media habēt grauitatē in ſuis locis:fuit poſſibile
vt admiſcerent̄ facile cū terra ex motibus coꝛpoꝛū cele-
ſtiuꝫ.vbi notat̄ ꝙ nō mere violētus eſt aliquoꝝ elemē-
toꝛū motus in mixtione:⁊ notat̄ celū eſſe cām effectiuā
ſuo motu elementa mouentē ad mixtionē:vt colligit̄.ſe-
cūdo de gn̄atiōe.tex.ꝯmēti.60.Tū etiā in mixtis elemē-
ta reperiunt̄:que radijs ſtellaꝝ ꝯtēperari poſſunt in cer
tā mixtionē pꝛo certo mixto requiſitā ⁊c̄.¶ Quarto.ar
guit̄ ex nā loci:qꝛ in mari generat̄ mixtū perfectū:puta
piſcis:⁊ tamē ibi ignis eſſe nō pōt.ergo aliqđ mixtū per-
fectum eſt et nō ex igne.¶ Secūdo.ſequit̄ ꝙ vbicunqꝫ
naturaliter locabile eſſet mixtum perfectum:patet cōſe-
quentia:quia vbiqꝫ ſub luna mixtum habet elementum
cum quo conuenit.conſequens auteꝫ falſum eſt.vt patet
experientia.¶ Tertio.ſequitur ꝙ omne mixtum perfe-
ctuꝫ eſſet terree:aut aquee nature.cōſequens falſum:qꝛ
dantur animalia calida:ſimilr̄ plante ⁊c̄.⁊ ſic ſequeretur
ꝙ in igne noſtro dominaret̄ terra. ſimiliter ⁊ in glatie.
pꝛobat̄ tamen cōſequentia:quia illud elementū qđ do-
minat̄ in mixto eſt locus naturalis mixto:ſed in terra:
aut circa eam:omne mixtum perfectum locat̄.¶ Quar
to.ſequitur ꝙ non poſſent duo elementa in mixto pari-
ter dominari.patet cōſequētia.quia tunc mixtum illud
naturaliter in duobus locis locaretur.¶ Ad pꝛimum.
negatur ꝙ in mari ignis eſſe non poſſit:⁊ quāuis nō poſ-
ſet ibi ignis in actu durare:quia foꝛte ſuffocaretur:aut
vinceret̄.tamen in eſſe potētiali ibi exiſtere poteſt.⁊ de
facto eſt in materia.ex qua animal generāduꝫ eſt.¶ Ad
ſecundum.negatur cōſequentia.quia locus mixti eſt ele-
mentum dominās:nō aūt elntū abſolute.¶ Ad tertiū.
p̄dominiū elemēti in mixto intelligi pōt.quātitatiuuꝫ:⁊
ſic cōcedit̄ grauia vincere in mixto ꝑfecto:ſed qualitati-
uo dominio nō:qꝛ licꝫ quo ad motū localē multū faciat
grauitas:tamē quo ad alias oꝑationes vt ſenſatiōes:aut
nutritiones nō ſic faciat vt caloꝛ.¶ Ad quartū.cōcedit̄
cōſequēs.¶ Ultimo remanēt tria dubia declarāda.pꝛi
mū ſi generat̄ mixtū ex elemētis remanentibus in mix-
to:qūo generatio vnius eſt coꝛruptio alterius.mixtū eni
generat̄:⁊ tn̄ in eius generatione nō coꝛrumpunt̄ elta.
¶ Reſponſio.dimiſſa generatione intētionali.vt acqui
ſitione cognitionis aut luminis:in qbuſ nō opoꝛtet poſi-
tiuū perdi.queadmodū nō opꝫ ꝙ poſitiuū comitet̄ p̄ua-
tionē foꝛme itentionalis:opoꝛtet tn̄ pꝛiuatiuuꝫ perdi.de
reali loquamur.dixit Auer.p̄mo de gn̄atione.tex.ꝯmēti
83.differentiā eē inter generationē ⁊ mixtioneꝫ manife-
ſtā per ſe:vnde in gn̄atione res totalr̄ coꝛrūpit̄:⁊ in mix-
tione coꝛrumpit̄ nō totaliter:vt ip̄e declarat.ſcđo de ge-
neratione.tex.cō.48.Diſtinguēdū eſt igit̄ de coꝛruptio-
ne.ſcꝫ.totali:qua aliquid deſinit eſſe:ſed coꝛruptio par-
tialis ſeu ſm̄ quid eſt qua deſinit res eſſe:ſꝫ nō totaliter:
intelligo totū reſpectu partiū intenſiuaꝝ:nō extenſiua-
rum:vt al's patuit:tunc elemēta ad mixtionē venietia nō
ſimplr̄ coꝛrumpunt̄:qꝛ eoꝝ foꝛme ⁊ etiā materia eoꝛuꝫ
in mixto manent:ſed coꝛrumpunt̄ ſm̄ quid:qꝛ illa mini-
ma elemētoꝝ:ſi eſſent diuiſa ⁊ ſeparata:durare non poſ-
ſent:qꝛ eoꝛuꝫ foꝛmis aduenit tanta ruptura ꝙ ille foꝛme
earū materias actuare nō pn̄t.ideo in materijs admixtiſ
eoꝝ ſurgere hꝫ alia foꝛma.¶ Ex quo ſequit̄ ꝙ maioꝛ eſt
partis elemēti duratio ſub eſſe integro vel fracto ꝙ̄ ſub
eſſe integro tantū.Cū aūt dixit Ariſto.generationē vniꝰ
eſſe coꝛruptionē alterius. Intellexit opoꝛtere ad minus
vnū coꝛrumpi cōplete vel incōplete.poteſt tn̄ eē ꝙ mul-
ta coꝛrumpant̄:vt in multoꝝ lignoꝛuꝫ appoſitione igni:
vbi ex multoꝝ coꝛruptione vnus ignis generat̄:⁊ ſic nō
eſt neceſſe eſſe tot entia:ſicut p̄us in vniuerſo:neqꝫ in nu
mero:neqꝫ in ſpecie.Similr̄ in reſolutiōe mixti in elemē
ta coꝛrumpitur mixtum:ſed generatur elementum:non
tamen ſimpliciter generatur:quia pꝛefuit in eſſe remiſ-
ſo:ſed generat̄ ſm̄ quid:qꝛ incipit foꝛma elemēti cōple-
te actuare poſſe materiā:quā pꝛius actuare cōplete non
poterat:ſed incōplete actuabat.¶ Oꝛ ſi dicas ꝙ genera-
tio nō eſt coꝛruptio:qꝛ ipſa opponunt̄ ꝯtrarie.quto phy.
Ariſto.tex.cō.55.¶ Dicendū ꝙ generatio cōparari pōt
ad terminū gn̄ationis a quo ⁊ ad quē:⁊ ſic negat̄ ꝙ gn̄a-
tio ⁊ coꝛruptio opponant̄.imo ſunt idē:qꝛ gn̄atio termi-
ni ad quē eſt coꝛruptio termini a quo:⁊ tūc terminum a
quo intelligo pꝛiuatiuū:pōt etiaꝫ generatio cōparari ad
terminū a quo poſitiuū comitantē terminū pꝛiuatiuuꝫ:
vt cū generat̄ homo comparet̄ gn̄atio hois ad ſanguinē
meſtruū vel embꝛionē:⁊ tūc generatio ⁊ coꝛruptio ſe co-
mitant̄:ſaltē vna ſuccedit alteri.opponūt̄ aūt generatio
⁊ coꝛruptio:cum terminus a quo vnius eſt terminus ad
quē alterius:⁊ etiā terminus ad quē vnius eſt terminus
a quo alterius:⁊ ſic vnū nō eſt alterū.¶ In nutricatiōe
aūt hois gn̄at̄ ps hois p̄ iceptionē ptis cogitatiue:⁊ coꝛ-
rūpit̄ foꝛma cibi:exēpli gr̄a.ſanguinis apud ph̄os:a qbꝰ
medici diſcoꝛdāt ponētes ſanguinē vlterioꝛē trāſmuta-
tionē pati anteqꝫ nutriat:vt in aliquā humiditatū de ſe-
cūdis:vt cambiū.¶ In coꝛruptiōe aūt hois cogitatiua
deſinit eſſe ⁊ cadaueritas incipit.¶ In gn̄atione aūt ac
cidētali qualis eſt qualitatū ſecūdarū ex pꝛimis:nō opꝫ
cōtrariā qualitatē coꝛrūpi:qꝛ illa nō habꝫ cōtrariū dire-
leue:q: ſic ꝑuā terre portionē appellamꝰ leuē:q: faciliter
moueri aut portari pōt.imo pōt eſſe ꝙ ita ꝑua eſſet terre
porꝰ ꝙ nedū nataret in aqua:ſed in aere ſuſtinereт.vt p;
de puluere:q: potētior eēt magni aeris reſiſtētia q̄; ꝑui
pulueris grauitas:⁊ ſic poſſet eē:ꝙ queādmodū lignū in
aqua aque inundationē iſeqт:ita puluis datꝰ aeris agita
tionē imitareт.hinc elicuerūt aliqui modū nauigandi ꝑ
aerē:vt demone gubernāte ⁊c̄.Neq; dōm eſt ꝙ ſimplr̄
eſt aliqd graue aut leue:q: ad vacuū replēdū aſcēdat vl̄
deſcēdat:q: violēte res attrahiт:cū ꝯ ſuā nām ꝓpriam
moueт.q̄uis ad replendū vacuum mouereт.vt ex.4.
celi.cōmēto.39.preallegatum eſt.Neq; etiā quia ſine cō
dictione ſit tale:quia tunc aqua eſſet grauis ſimpliciter
aer leuis.Ex quo patet ꝙ ſi grauitates elementoꝝ eēnt
eiuſdem ſpeciei.ſimiliter ⁊ leuitates:ꝙ ex numeris eaꝝ
nō habereт numerus elementoru;:leuitatis igitur ignis
cauſa eſt caliditas primo:ſed leuitatis aeris cauſa eſt nō
caliditas:ſed humiditas ṗmo.grauitatis terre cauſa eſt
ſiccitas primo:⁊ grauitatis aque cā eſt frigiditas primo.
❡ Cōtra.tertio celi.com̄.47.iter ꝯria pōt eſſe vnū me/
diū tm̄:⁊ pōt eē ꝙ ſint plura media:ḡ pōt eſſe ꝙ ſit tātu;
vnū elr̄tū mediū.argm̄ eſt Ariſ.4.celi.ꝯm̄.38.❡ Rñ.



Auer.ꝯrietas eſt duplex.vna eſt que eſt circa idē ſubm̄:
ſed diuerſum ꝯm formā:⁊ de hac verū eſt ꝙ cōtingit tā/
tū vnū mediū itercludi.Alia eſt ꝯrietas ꝯ; formā ⁊ ſub;.
⁊ hec req̄rit duo media:quoꝝ vnū ſit vt forꝰ reſpectu al/
rius:⁊ hac ꝯrietate ꝯrianт elr̄ta.ideo duo media ibi iue/
niunт.❡ Ex hac determinatiōe q̄nq; correlaria eliciūт.
ṗmū nō eſt tm̄ vnū elr̄tū.ꝓbaт a poſteriori:q: nō tātū
eſt vnus motus ſimplex reſpectus.rō eſt Ari.3.celi.tex.
com̄.51.Eſſent.n.oīa aut leuia tm̄:aut grauia tm̄:qō ē ꝯ
ſenſu;:⁊ ꝯñter q: aliqō elr̄tū eſt:ſequiт ꝙ plura ſunt ele
mēta:q: plures ſunt motus ſimplices:⁊ plura loca:cor/
reſpondent eni motus ſimplex ⁊ corpus ſimplex.vt cō/
tra Ioānē grāmaticū dixit Auer.ṗ celi.com̄.8.Tū quia
miſcibilia ſunt elr̄ta.ḡ ipſa ſunt plura.p; ꝯñtia.q: nihil
ſibimet miſceт preſertim homogeneu; vniforme ⁊ ſim/
plex.❡ Itē ſtāte vnitatē elr̄ti nō eſſet pluralitas māeꝝ
ſcdarū:neq; pluralitas māe ṗme.ḡ nō eēt pluralitas for
marū ſubſtātialiū ſimpliciū:ḡ neq; pluralitas mixtorū.
rō eſt Auer.ṗ canticoꝝ.com̄.17.❡ Ite; mixta hn̄t itra
ſe ṗncipiū alterationis ⁊ corruptionis:⁊ nō niſi ꝓpter ṗn
cipioꝝ ꝯrietatē in eis congregatoꝝ.Rō eſt Auer.ṗ cāti/
coꝝ.com̄.9.illud impoſſe.ſ.mixta nō hn̄t niſi vnū elr̄tu;
ex quo cōſtent.ḡ nō ſunt ab intrinſeco corruptibilia ⁊c̄.
❡ 2m correlam.nō ifita ſr̄ elr̄ta:q: nō ifita ſr̄ nāliū mixtoꝝ
ṗna:q: tūc non ſcibilia eſſent mixta.ꝓportionabiliter ar
guiт:ſicut arguit philo.tex.ꝯm̄.35.⁊.8.phy.tex.com̄.75.
trāſire infinitū eſt impoſſe.finitas eni vbi poſſis melior ē
octauo phy.tex.ꝯm̄.48.⁊ ṗ phy.tex.com̄.41.rō eſt Ari.
ṗmo poſte.tex.com̄.6.ṗſupponit rō mixti ſpēm aliqua;
ex oībus elr̄tis eſſe cōpoſitā aut cōponibile;.❡ Scdo.
tūc ifinita eēnt corpa ſublunaria:⁊ ſic ifinite magna ca/
pacitate op; ipſa eē ꝯtēta:⁊ ſeqт ēt hoc ꝯñs:ſi ifinite ma/
gnitudinis extēſiue eēt aliqō elr̄tū.❡ Tertio.quia tunc
oporteret eē ifinita loca:ifinitos motus:ifinitas nās:⁊ i/
finitū mūdū:que oīa apte ipoſſia ſūt.p; rō.3.celi.tex.cō.
41.itē elr̄ti nō eſſet diffinitio:q: ſi ſic ex ifinitis eēt:neq;
eſſet elr̄ti gnō:q: ifinita vici nō pn̄t:neq; trāſiri.ſcdo de
gn̄atione Ari.tex.com̄.36.❡ Tū etiā ifinite eēnt ꝯrieta/
tes:⁊ ſic in eodē mixto.imo etiā ſimplici.ifinite eēnt q̄li
tates.rō eſt philo.ſcdo de gn̄atiōe.tex.com̄.35.pat; ꝯña.
ex alteratiōe vnius in alterū ⁊ ꝯrietate eorūdē.❡ Ter/
tiū.nō tm̄ duo ſunt elr̄ta:q: nō tm̄ vna eſt ṗma ꝯrietas:
neq; tm̄ duo ſunt loca.❡ Et ſi aliq̄s poneret ignē ⁊ ter/
rā eē ſimplicia:aquā vero ⁊ aerē eſſe cōpoſita:nō poſſet
dicere quare aqua eſſet grauior aere:niſi altero triū mo/
doꝝ.ṗ q: aqua plus h; de terra.ſcdo q: ipſa minus hab;
de igne.3.q: in aere minorē h; ꝓportionē terra ſup ignē
q̄; habeat terra ſup ignē in aqua.❡ Sed ꝯ ṗmū modu;:
q: tūc magnus aer eſſet grauior ꝑua aqua.p; ꝯñtia.quia
plus hēret de terra in ſe magnꝰ aer q̄; certa data parua
aqua.❡ Cōtra ſcd; modū dicēdi:q: tūc paruus aer eēt
grauior magna aqua.p; ꝯñtia:q: ꝑuus aer minus h; de
igne q̄; multa aqua.❡ Cōtra tertiū modū:q: tūc equa/
liter grauis eſſet magna aqua ſicut ꝑua.Tū etiā magnꝰ
aer eēt equalr̄ leuis:ſic ꝑuus aer.p; ꝯña.q: in vtroq; eq̄/
lis eēt ꝓportio.Similr̄ nō ſaluareт q̄re aqua magna eēt
in aere grauior paruo plūbo:⁊ nō ſic eēt in aq̄.❡ Quar/
tū correlariū.nō tm̄ tria ſunt elr̄ta:q: nō iter tria extre/
ma tm̄ ſaluari pn̄t due ꝯrietates ṗme.Tū etiā nō tantū
tria ſunt loca elr̄tis correſpondentia.❡ Quintū correla
riū.quattuor ſunt elr̄ta.huic ſnie rō ⁊ ſenſus cōformanт:
q: terre grauiſſime imediate circūponiт aqua:aque autē
aer.ignē aūt ſupra eſſe rōne cōuinciт.❡ Sextū correla/
riū.nō plura q̄; quatuor ſunt elr̄ta:q: hec ſufficiunt pro
ſimplici ⁊ cōpoſita nā cōſeruāda.ideo ſi plura ponerēт:

eſſet ocioſum ⁊ vanū.❡ Cōtra arguo ⁊ ꝓbo ꝙ plura q̄;
quatuor ſunt elr̄ta.q: 8.ſunt.ꝓbaт datis corpibus nālr̄
q̄litates duas ſibi determinātibꝰ:dabilia ſūt corpa ſibi
tm̄ vnā illaꝝ determinātia.ḡ dabūт ēt elta 4or q̊ꝝ vnū
erit cal; tm̄.aliō fridū tm̄:aliō hūidu; tm̄:aliō ſiccū tm̄.
⁊ ſic.8.erūt elr̄ta.❡ Confirmaт:q: alius eſt q̄ternarius
elr̄toꝝ numerus ab his que cōiter ponunт elr̄ta:q: q̄li/
tatibus cōbinatis nālr̄ ṗor eſt vna earū:q: dualitatē nā/
liter ṗcedit vnitas.ḡ ṗma corpa:que ſunt elr̄ta:non ſibi
duas determināt q̄litates.ḡ alia ſunt corpa:que ſūt ele/
menta ab his que ponunт elr̄ta.❡ Confirmaт tertio.q:
fumi in aere aſcēdētes ſimplices ſūt.ergo vltra elā data
ſunt alia.nō eni maior apparet ſimplicitas in aq̄ q̄; in fu
mo.❡ Cōfirmaт.4.daт calītas ligās ignē cū aere daт
humiditas ligās aerē cū aqua:daт frigiditas ligās aquā
cū terra:ḡ daт ſiccitas ligās terrā cū alio elr̄to.p; ꝯña.
q: nō maioris eſt vtutis vna qualitatū primaꝝ in cōiun
gendo elr̄ta ſymbola q̄; alia.⁊ ēt ꝯria q̄litas vt hūiditas
nō d; eē potētior ſua ꝯria ſiccitate.❡ 2o.arguiт ꝙ duo
tm̄ ſunt elr̄ta:q: grauitate ⁊ leuitate ſufficiēter diuidūт
elr̄ta:⁊ ſic duo tm̄ ſunt.❡ Cōfirmaт ſcdo ꝙ tria tm̄ ſūt.
q: tres motꝰ ſimplices tm̄ ſūt.Tū q: tm̄ tria ſunt loca.ſ.
ſurſu; ⁊ deorſu; ⁊ mediū:⁊ ſic tm̄ tria ſunt elr̄ta:que in
ea loca nālr̄ iclināт.❡ Cōfirmaт 3o.q: vnū tm̄ eſt elm̄:
q: tm̄ vna ē mā ṗma:ḡ tm̄ vnū ē ṗmū corpus:p; ꝯña:q:
ṗciſe nūeralr̄ vno iuēto ṗno itriſeco:ṗciſe nūeralr̄ vnum
iuenibile eſt intrinſece ṗncipiatū ex illo.Tū q: accn̄talr̄
tm̄ diſtinguiт vnū elr̄tū ab altero:vt ignis ab aere:vt ꝑ
magis calidū ⁊ minꝰ calidū:magis raꝝ ⁊ minus raꝝ ⁊c̄.
ḡ tm̄ vnū ē elm̄.Cōfirmaт.māe eltoꝝ ſr̄ eiuſdē rōnis.ḡ
⁊ forē.p; ꝯña.q: forme alteriꝰ rōnis req̄rūt potētias alte
rius rōnis:q: poa ſpecificaт ꝑ actū.❡ Ad ṗmū o; elr̄tu;
hr̄e duas q̄litates ṗmas:alr̄ nō in q̊lib; aliud elm̄ trāſ/
mutari poſſet:q: nō ad qōcūq; aliō elr̄tu; ꝯrietatē hr̄et
in q̄litatibꝰ:vt calidū tm̄ ad hūidū tm̄.ſimilr̄ frigidū tm̄
ad ſiccū tm̄.❡ Scdo.q: tūc nō inicē miſcibilia eēnt oīa
elta.p; ꝯña.q: mixꝰ miſcibiliū alterationē; ṗſupponit ⁊
req̄rit:⁊ ꝯñter nullū eēt mixtū ꝑfectū ex oībus elr̄tis eq̄
ṗ ad mixtionē ꝯcurrētibꝰ.❡ Ad 2as ꝯfirmationē l; vale
at.binariꝰ eſt.ḡ vnitas eſt.nō tm̄ val;.a.cōpꝰ ſibi determi
nat duas q̄litates primas.ḡ dabile eſt corpus ſibi deter/
minās vnā illaꝝ tm̄.❡ Cōtra.corpoꝝ ſimpliciū debēt
eē ſimplices q̄litates:⁊ ſic nō cōbinate.❡ Rñ.ſimpli/
citati q̄litatis nō opponiт cōbinatio.imo neq; remꝰ ſed
q̄litatū ſimplicitas tolliт ꝑ eē q̄litatē ex q̄litatū ṗmaꝝ
refractiōe reſurgētē:q̄lis eſt ꝯplexionalis q̄litas:q̄ foras
mixti nālr̄ ꝯſeqт.❡ Ad tertiā ꝯfirmationē rn̄t philo.2o
de gnōne.tex.cō.28.fumus ex terra ⁊ aere eſt.Auer.aūt
ibi dixit.fumus ē aer ⁊ terra.❡ Cōtra.tūc nō aſcēderet
fumus in aere:q: nihil ꝯpoſitū ex graui ⁊ leui eſt leuius
leui cōponēte ip;:q: alr̄ nihil grauitatis poneret i eo ele/
mētū graue ip; ꝯponēs.❡ Rñ.ſtat leuius eē ꝯpoſitū
ex leui ⁊ graui q̄; ſit certa data res leuis eiuſdē rōnis cū
re leui cōponēte ip;:q̄uis nō poſſit eē ꝙ ꝯpoſitū ex ḡui
⁊ leui ſit leuiꝰ leui ꝯponēte ip;:⁊ h̄ eſt q: aer iferior non
eſt multū leuis:ꝓpter multā illius alterationē ab aqua:
aut terra ⁊c̄.ideo in inferiore aeris regione aliquid aſcen
dit:qō in ſuperiori regione deſcenderet aut non aſcende/
ret:⁊ ſic eſt de fumo:du; modo non igniatur:aut ad qua/
litates intēſiores aeris q̄litatibꝰ ꝯducaт.❡ Ad q̄rtā cō/
firmationē negaт vltia ꝯña:q: op; eē ſtatū.alr̄ in ifinitū
ireт.colligatū aūt terre elm̄ ꝑ ſiccitatē eſt ignis:que; nā
ſurſu; poſuit:⁊ nō deorſu;:vt eloꝝ ordo finireт:queadm
aн̄ ignē nō fuit aliō elm̄ igni colligatū ſicco:terrā.n.opor
tebat ifra ponere:nō aūt ante ignem.❡ Ad ſecundum.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

grauitas ⁊ leuitas ſufficienter diuidūt ſimplex reſpectū nō tamē in duo tātū:q2 partiunť leuitas ⁊ grauitas per ſimplr̄ ⁊ ſm qd. ¶ Ad cōfirmationē motus circularis nō oſtēdit nobis elm̄tū:niſi equoce:q2 celū nō eſt miſcibile:ſed elm̄toꝝ pncipiū:puta celū ſed motus reſpectus in quatuoꝛ diuidiť ⁊ ſm illā diuiſionē eſt numerus elementoꝝ. ¶ Ad aliā cōfirmationē reſponſum eſt media eſſe duo. Ad aliā cōcediť vnū primū coꝛpus nobilitate ⁊ pfectione ⁊ cauſalitate ⁊ cōtinētia:nō tñ eſt cōpoſitum ex mā p̄ª:iō negať ɔñtia. ¶ Ad vltimū rñdet philo. ſcdo de gñatione.tex.com̄.31. Si elm̄ta eſſent eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime:ſeqtur ꝙ idē ſubaliter eſſet ignis ⁊ aq̄. ¶ Secūdo.ſequiť ꝙ trāſmutatio vnius in alteꝝ eſſet accidentalis:⁊ nō ſubalis. ¶ Tertio.ſequiť ꝙ idem eſſet nāliter calidū:cū eſſet ignis:⁊ nāliter frigidū:cum eſſet aqua.⁊ ſic duo ɔ̄ria ſibi nāliter determinaret. ¶ Sed dubitať. q2 ignis nō videť eſſe elm̄tū:q2 lucidus eſt.ſcdo q2 impuritatem habz a frigidis influentijs:vt a polis:a ſaturno. ¶ Rño ignis:qui apud nos eſt:lucet:⁊ eſt mixtū imperfectū.eſt enī humidū feruēs:⁊ ſic lucet ignis elm̄tū:cum miſceť coꝛpoꝛi diaphano.iuxta Auer.in lib.de ſuba oꝛb. cap.2. Sed ipſuz elm̄tuz ſimplex manēs tantā hz raritatē ꝙ actuare nō pōt diaphanū in potētia ipſum illuminando. ¶ Dubitať ſcdo.q2 aqua nō eſt elementū:q2 nutrit. Scdo.q2 ipſa eſt dulcis aut amara:eſt autez ſapoꝛ mixti paſſio. ¶ Rño.negando aſſumptū:ſz aquoſitati vrinali aialiū pmixta exit:aut aliunde.ſimilr̄ plātas terreo pmixto nutrit. ¶ Ad ſcdm.aqua maris ppter ſiccitates terreſtres ipſaz īficiētes amara reddiť.⁊ iō illō:qd aquā appellamus:nō eſt aqua pura. ¶ Et ſi arguiť ſeq ꝙ ēterno tēpoꝛe ſtet aqua p̄ternaturalr̄ diſpoſita. ¶ Rño.negādo ɔñaz:q2 nulla aq̄ ſemp durat:⁊ poſſe eſt dari aquaz cui amaritudo nō eſt admixta.tum etiā cā vl'is ſuo cōtinuo motu illi miſcet aliqd:⁊ ſic illud nō eſt mixtum:ſed admixtū:puta ex terreo aqueo:⁊ etiā aereo.quēadmodū etiā aeri vapoꝛes ⁊ exalationes permiſcenť: ſunt igitur ſimplicia elm̄ta ex naturis ſimplicibus:q̄uis eſſent ipura ſubſtātialr̄.p extraneē ſube pmixtionē:⁊ p ɔtrarij accidentis pñtiaz ⁊ informationē. Idez dōm eſt de terris: puta arenoſis.lutoſis ⁊c̄.⁊ ſic pz ꝙ ſm numeꝝ planetarū nō eſt numerus elementoꝝ:neqꝫ icōuenit de natura vnius elementi plures planetas reperiri.

Dubitatur quarto. Utrū p̄me qualitates ſint forme ſubſtantiales elm̄toꝝ. ¶ Rño.ꝙ nō.i hoc enī Auer. Alexandrū reprehendit.8.meta.com̄.5.quia caliditas eſt accidens in mixtis:ergo etiaz in elm̄to.pz ɔñā:q2.qd eſt accñs in vno:in nullo eſt ſubſtantia p̄mo phy.tex.cō.27.⁊ eſt tex.philo.arguētl tñ tertio meta.tex.cō.17.hoꝝ.ſ.elementoꝝ caloꝛes qdē ⁊ frigiditates ⁊ ſimiles paſſiones nō ſunt ſube. ¶ Confirmať:q2 ignis eſt ſubſtātia:aut igr̄ caliditate tm̄:aut ſiccitate tm̄: aut vtraqꝫ.ſi primū:ſiccitas eſt in eo accidēs:ſi ſecūduz. caliditas.ſi tertiū:nō eſt ignis per ſe vnū ſimplex. ¶ Cōtra.ſcia dei in deo eſt ſuba:⁊ in nobis citra felicitatez eſt accidens. ¶ Scdo.itellectꝰ eſt itelligibilia.tertio de aia. tex.com̄.37.q2 eadē diuiſione diuidiť itellectꝰ ⁊ obiectū .ſ.p actū ⁊ potētiā:⁊ eadē potētia:que aia eſt potēs intelligere:eſt obiectū potēs itelligi:⁊ quo actu aia intelligit: obiectū intelligere.3° de aia.tex.cō.38.ḡ intellectus:q in ſe eſt ſuba:reſpectu accñtis itelligibilis eſt accidēs:puta potētia q̄litas:aut potentia quātitas. ¶ Ad primū rño. eiuſdē obiecti ſunt iſte noticie:ſz nō ſunt ipſe idē:niſi equoce:q2 dei cognitio per dei eſſentiā eſt:nr̄a vō ſcia p itētiones eſt ad placitū ſignificatiuas. ¶ Sed in nāli felicitate ſcia nr̄a eſt per dei eēntiā:ſed mediate cognitā ⁊ obſcure:obſcuritate ſe tenēte ex pte poᵉ cognitiue nr̄e:q̄ debilis eſt:⁊ nō ex pte obiecti in ſe:ſz in deo imediate ⁊ clare eſt huiꝰ cognitio. ¶ Ad ſcdm.ſi intellectio ſit q̄litas: aut itellectus poſſibilis ſit potētia:hoc eſt equoce vl' analogice cū alijs q̄litatibus.⁊ nō vniuoce.ideo aliquid pōt hr̄e modū accidētis:q̄uis nō ſit accñs. ¶ Scdo.ſequiť in ſubſtātia itrinſece eſſe ɔ̄rietatē:q2 caliditas frigiditati per ſe ɔ̄riať:⁊ ſic in ſuba eſſet ɔ̄rietas ſm formā.ſed hoc ɔceſſit afrodiſeus Alexāder. ¶ Tertio.ſeqť ꝙ ad ſubaz eēt per ſe motus:qd eſt ɔ̄ philo.5.phy.tex.com̄.10.pz ɔſequētia:q2 ad caliditatē eſt per ſe motus. ¶ Quarto.ſeqť ꝙ ſubſtātia eſſet per ſe p̄mo tangibilis a tactu inquantū tactus eſt:qd eſt ɔ̄ philo.ſcdo de aia.tex.com̄.65.pz cōſequētia:q2 caliditas eſt p̄mū ſenſibile tactu:inquantū tactus eſt. ¶ Et ſi Auer.com̄.p̄.celi.cōceſſit ꝙ eſſe coꝛpis ſit ſenſibile p ſe:verū eſt ſcdo:ſed nō p̄mo:q2 ibi ſermo ē de quāto extēſiuo.ſcire enī an tale coꝛpus ſit ſuba:vl' nō queſtio eſt metaphyſica:que oꝛdine doctrine poſt nālez ſciam acgrēda eſt.ſi tñ ſit ſenſibile elm̄tū p ſuā formam ſubalē:adhuc eſt ſenſibile ſcdo.⁊ nō p̄mo:quēadmoduz coloꝛi cōpať ſenſibile in ſcdo mō dicēdi per ſe:nō aūt in p̄mo.2.de aia.tex.cō.66. ¶ 5°.ſeqť ꝙ ſuba ſuſcipet magl ⁊ minus:ſed hoc ſupꝛa cōceſſuz eſt. ¶ 6°.ſequiť ꝙ forme ſubales iter ſe ⁊ p ſe agerēt:⁊ etiā ſe coꝛrūperent:cuiꝰ oppoſitū hr̄ p̄ de gnōne.vbi Auer.ɔm̄.48.res agit in aliaz rē iquātū ē ɔ̄ria. ¶ 7°.ſeqť ꝙ mā eēt imediatū ſubz motus ⁊c̄.itelligo eo mō quo ſuba eēt ſubm q̄litatū p̄maꝝ. ¶ Cōtra.id quo p̄ ſuba agit eſt eiꝰ foꝛª ſubalis.mā enim nō agit:foꝛma aūt nō eſt ſuppoſitū operans.iō foꝛma eſt quo acᵒ eſt:ſz q̄litate elm̄tū p̄ agit.eſt eniz ea in actu:⁊ ea gñat elm̄tū. ¶ 2°.id quo poſito poniť elm̄tū:⁊ quo remoto remoueť:eſt eius forma. Ari.ſcdo de aia.tex.cō.8.ſed q̄litate poſita poniť elm̄tū ⁊c̄. ¶ 3°.oia agentia p ſe ſunt ɔ̄ria:ḡ pnᵐ actiōis eſt pnᵐ ɔ̄rietatis:ſolū aūt q̄litas ɔ̄rietatē facit. ¶ 4°.oē pnᵐ eēntialr̄ diſtinguēdi eſt pnᵐ eēndi:ſz p2ie q̄litates eēntialr̄ diſtinguūt elm̄ta.ḡ ⁊c̄. ¶ Ad p̄ᵐ.quo eſt duplex.pncipale.iſtr̄ale:pncipale eſt foꝛª ſubſtātialis:ſz iſtr̄ale ē foꝛma accñtalis.pōt aūt ignis exēpli gratia ad duos effectus ɔpari ad ignē pductū:⁊ tūc ignis eſt pncipale:ſz ad caliditatē pductā cōparādo caliditas eſt pncipalis:q̄uis ipſa nō hēat eſſe p ſe:ſz in alio.licz.n. nā pōt motū localē imediate pducere:nō tñ ipſa pōt q̄litatē pducere:licz illā poſſit ſibi determinare. Si autez ignis ſolū caliditatē pduceret:⁊ nō igneitatē: opoꝛteret igneitatē ab ex̄ venire:⁊ ſic igneitas iduceret:⁊ nō educeret de poª māe:qd ē in q̄ Ari.Plato.⁊ Auer.Auič.rephēdit.itellige ꝙ pñte igne nō gñet ignis.alqñ.n.igne abſente agēs vl'e p gnōne ignis faciēs nō creat:ſz exducit foꝛmā ignis de poªmāe. Tū ēt illo mō negareť vniuoca elemēti gnō:⁊ ɔñr mixti. ¶ Tū etiā foꝛa gñareť.cuius oppoſitū pz.7.meta.ɔm̄.26.⁊.12.meta.tex.cō.12.pz ɔñtia. q2 foꝛª icipet eē:que nō depēderet a mā. ¶ Cōtra. Ariſt. in lib.de ſenſu ⁊ ſenſato.ignis nō iquātū ignis agit.ḡ ipſe nō pducit igneitatē:q2 igneitas nō pōt vniuoce gñari ex mā:niſi ab igne iquātū ignis eſt. ¶ Rño.añs verū eſt. q2 agere dicit actū q ɔtigēter:ſeqť ad ſubaz coꝛruptibilē. Tū q2 ignis eſt p̄dicatū ſubale abſolutū. Sz agit eſt reſpectiuū.ſ.de p̄nto actionis. Tū q2 nō p māz:ſz hñ p foꝛmā:⁊ q̄litatē agit ignis. ¶ Cōtra.ſi foꝛma ſubalis ē pnᵐ agēdi:ſeqť ꝙ nō ſequať foꝛtitudo actionis multitudinē foꝛme in mā adhuc ceteris pibus.pz ɔñā:q2 opz ſecū cōputare iuuamentū foꝛme ſubalis:ſiue mltū iuuaret foꝛª ſubalis accñtales q̄litates in agēdo:ſiue parū. ¶ Rño. agētia vl'ia ⁊ remota nō cōputať.aliter opoꝛteret celuz ⁊



deū ſemp cōputare:⁊ ſic niſi deus reſiſteret nō poſſet dari reſiſtētia equalis agēti aut maioꝛ.pz ɔñā: q2 ad actionē ſemp deus agit. Eſt aūt foꝛma ſubalis reſpectu calefactionis agens vl'e:licz reſpectu ignitionis ſit pticular̄. ideo in calefactione pticulare agens eſt caliditas ⁊ principale:licz in ignitione caliditas ſit iſtrumentale. ¶ Ad ſcdm.negať maioꝛ pz de pprijs paſſionibus. Ariſto.aūt vtens cōſimili pbatione facit eā de p̄mo:quo poſito poniť cōpoſitū:⁊ quo remoto remoueť:nō aūt de ſecūdario:ſicut ipſa foꝛmať in ppoſito. ¶ Ad tertiū.maioꝛ eſt vera:ſed qualitas:que eſt pnᵐ ɔ̄rietatis in ēēntia ſua:eſt pncipiū ɔ̄rietatis in ſuba per accñs. ¶ Ad quartū.elm̄ta duplr̄ ɔſideranť.vno mō vt ptes vniuerſi:⁊.ſic naturis recte localr̄ motiuis diſtinguunť.que ſunt dr̄ie intrinſece ⁊ eſſentiales elm̄tis. Alio mō vt miſcibilia ſunt:⁊ ſic q̄litatibꝰ p2imis diſtinguūť:q2 ille q̄litates ſunt p2incipia actionis ⁊ trāſmutationis:nō aūt grauitas ⁊ leuitas:niſi remote:diſtictio eſt Auer.3.celi ɔm̄.vltimo:⁊ i phemio quarti celi. Sciendū etiā duplicē eſſe diſtinctionē:eſſentialē:accidentalē:tūc diſtinctio elm̄toꝝ p qualitates eſt p aliqd:qd eſt accñs:ſed nō per aliqd:qd ſit ſuba. ¶ Contra.oē id quo itriſece ɔſtituiť ſpēs ſube eſt ſuba:ſz p ɔ̄rietates p2imas intrinſece ɔſtituiť ſpēs ſube.pz per Ariſto. ſcdo de gñatione.tex.ɔm̄.7.manifeſtū ꝙ non oēs ɔ̄rietates coꝛpoꝛis ſpēs ⁊ pncipia faciūt:ſed ſolū que ſm tactū. cā enī effectiua ⁊ finalis potius ad idiuidua cōparanť q̄z ad ſpēs:ſed huiꝰ ɔ̄rietates ad ſpēm cōparanť.iō rōnē habent itriſeci pncipij ⁊ nō extriſeci. ¶ Pro rñſione ſcias elm̄ta hr̄e diffōnē in qua itrat q̄litas p2op2ia illi p2o dr̄ia; ⁊ ſic eēntialiter aliquo mō diſtinguūť elemēta per qualitates :ſed tñ illa dr̄ia eſt circūloquutiua:ſed minus hz illa qualitas de nā accñtis in elemētis q̄z in mixtis:quia qualitas a foꝛma mixti ſeparabilis eſt ſz certos gradus; ſed a foꝛma elm̄ti nō.ad hunc ſenſuz ꝙ ſtante vna qualitate ſūma nō pōt alia elm̄ti qualitas remitti qn foꝛma elemēti cū q̄litate illa remittať. Eſt etiā pncipiū elemēti q̄litas:licz nō intrinſecū:ſed extrinſecū:q2 effectiuū cōſeruādo vel p2oducēdo iſtrumentalr̄ ⁊c̄.vt tāgit Auerro.3. celi.com̄.67.⁊ q̄rto celi.cōmēto.40.

Dubitatur qnto. Utrū caliditas:frigiditas:ſiccitas ⁊ humiditas ſint qualitates p̄me. ¶ Rño.ꝙ ſic p Ariſto. ſcdo de gñatione.tex.cō.8.q2 ab eis alie originanť:nō aūt ipſe ab alijs:pz inductiue: graue leue:duꝝ molle:lub2icū aridū:aſpeꝝ lene:groſſuz ſubtile.addit Auer.rarū.⁊ denſuz:ſunt ɔ̄rietates:que circa ſenſibilia tactu apparent alia ab illis que p2ius enumerata ſunt.ideo videndū eſt an aliqua iſtarū ſit p̄ma:⁊ p2imo de graui ⁊ leui. Graue ⁊ leue ab aliquibus ponunť qualitates p2ime localr̄ motiue:⁊ q2 motus localis eſt ſimpliciter p2ioꝛ alijs motibus:⁊ p2eſertim in elm̄tis alios elementoꝝ motus p̄cedit:qm̄ ipſe tēpoꝛe p̄cedit ſubſtātiaz elemēti:q2 motus localis eſt in ſubto ente in potētia eēntiali: vt aſcenſus eſt in eo qd eſt ignis in potētia:iō apud eos ſunt qualitates motiue ſimplr̄ p2ioꝛes alteratiuis. ¶ Cōtra Ariſto.ſcdo de ptibus aialiū.capite p̄mo. Grauitas ⁊ leuitas ſunt poſterioꝛa qualitatibus p2imis. Idē Auerro.ſeptimo phy.ɔmē.15. ¶ Et ſi ſupꝛa diximus ꝙ grauitas ⁊ leuitas ſunt foꝛme ſubales elm̄toꝝ nāliter p̄oꝛes qualitatibus p̄mis. ¶ Rño.foꝛmas elemētoꝝ ſubſtantiales duplr̄ ɔſiderari.vno modo ſz ꝙ ſube ſunt:q̄s ɔſequūť q̄litates:ſic ſunt foꝛme p2ioꝛes q̄litatibus:cōſecutio tamē qualitatū ad foꝛmas elm̄toꝝ ſubſtātiales nō eſt itelligēda in gñe cāe effectiue:ſed oꝛdo ibi accipiēdus eſt in genere cauſe foꝛmalis:q2 mā p̄ma naturalr̄ p2ius reſpicit foꝛmā ſubſtātialē.ſcdo vero foꝛmā accidentalez. alio modo ſm ꝙ elm̄ta iſtrumētalr̄ cauſata ſunt ab accidentibus:⁊ ſic foꝛme elemētoꝝ aliquo mō ſm qd poſterioꝛes ſunt accñtibus.poſitus enī oꝛdo eſt ab Ariſt.mā ɔ̄rietas:ignis. Scdo dico iuxta Auer.ſcdo de gñatione. tex.com̄.45. Grauitatē ⁊ leuitatē impoꝛtare grauitationē ⁊ leuitationē.⁊ iſta dicūt motus quoſdā deoꝛſum vel ſurſum:⁊ hec poſterioꝛa ſunt elm̄tis ſuas pp2ias qualitates habentibus. ¶ Dico tertio cōtrarietatē inter grauitationē ⁊ leuitationē cadentē nō eſſe p̄mā cōtrarietatez. q2 a p2ima cōtrarietate poſterioꝛes ɔ̄rietates fiunt:ſed a grauitatione ⁊ leuitatione non fiunt poſterioꝛes ɔtrarietates:q2 grauitatio ⁊ leuitatio nō ſunt actiua:ſed hec nomina ſignificātia ſunt cōtrarietatē ſm motuz tantū ſine actione ⁊ paſſione.vt Dixit Auer.ſcdo de gñatione.tex. cōmēti.8. ¶ Cōtra Auer.p̄ de gñatione.ɔmēto.65.ſi caloꝛ ⁊ frigus ſunt in coꝛpoꝛibꝰ.igiť grauitas ⁊ leuitas ſunt in coꝛpoꝛibꝰ.⁊ duricies ⁊ mollicies:pbať ɔñā.cū iſte q̄litates appareāt eē p̄oꝛes in eē in coꝛpoꝛibꝰ q̄z ille. ¶ Reſponſio.ɔñā Ariſt.ibi poſita duplr̄ pbať:ad hoīez:⁊ tūc pbatio Ari.eſt ex cōceſſis ab antiqs:aut ſcdo ex eo qd famoſum erat apud antiquos:⁊ eſt pbatio Auer.pz cū dič: cū appareat:tertia eſt pbatio demōſtratiua ex neceſſaria ſequela qualitatū aliarū ad p2imas:⁊ ſic rō eſt a p̄oꝛi ad poſterius. ¶ Scdo.de raro ⁊ denſo cōſiderādū eſt. Rarū aūt ⁊ denſum ab antiquis ponebanť eſſe p2incipia dicentibus athomos.p̄ phy. Cōtra quos Auer.7.phyſi.cōto.11. Qualitatū alterationi attributarū alie ſunt p2ime. vt caliditas frigiditas ⁊c̄.alie ſecūde:⁊ ſunt ille que fiūt ex iſtis.vbi gr̄a.denſuz ⁊ rarū.coloꝛ ⁊ ſapoꝛ. An aūt ſonꝰ ſit enumerādus iter q̄litates ſcdas:hic indiſcuſſuz relinquať.dubitat enī Auer.7.phyſi.ɔmē.14.an motus alterationis iter graue ⁊ acutū ſequať variationē in qualitatibus.⁊ vr̄ ad partē negatiuā q̄ſi declinare:allegans 2ᵐ de aia.in quo declarať modus quo ſoni fiūt.ſ.ex pcutiēte ⁊ pcuſſo.ſonus enī in ſimplici elm̄to reperiť vt in aere. aptitudo tamē ad ſonū:que in coꝛpoꝛibus:que ſonoꝛa appellanť:reperiť:vt in metalicis coꝛpoꝛibꝰ eoꝝ cōplexionē ſequiť:⁊ cōpoſitionē. Al's de ſenſibus ⁊ ſenſibilibus deo dante fiet ſermo. ¶ Contra.8.phy.tex.com̄.55.p̄ma oīum p2incipia ſunt raritas ⁊ dēſitas. ¶ Rño.p Auer. ibi intēdit philo.motū localē eſſe p2ioꝛē gñatiōe.ſiue rarū denſum ſint pncipiū trāſmutationis:vt antiq dixerūt ponētes athomos:ſiue calidū ⁊ frigidū humidū ⁊ ſiccū. vt Ariſto. Tum etiam Auerro.7.phy.com̄.15.denſitas ⁊ raritas ſūt qualitates ſequētes calidū ⁊ frigidū. Auer. etiam ſcdo de gñatione.com̄.15.reddens rōnē q̄re Ariſt. nō numerauerat rarū ⁊ denſum iter cōtrarietates dixit. q2 ſunt qualitates nō actiue ſequētes calidum ⁊ frigus. ¶ Cōtra.ſi rarū ⁊ denſum ſequerenť calidū ⁊ frigiduz. maxime eſſet:q2 rarū ſequiť caliditatē ⁊ denſum frigiditatem:ſed hoc non videť:q2 ſtat aliqd eſſe calidius ⁊ dēſius:patet de coꝛde reſpectu pulmonis.caro etiā viri ſolidioꝛ eſt ⁊ calidioꝛ carne femelle. ¶ Dicendū ꝙ ſtando inter qualitates p2imas nō cōmixtas caliditatē ſequiť raritas:⁊ etiam humiditatem: ⁊ frigiditatem ſequitur denſitas ⁊ etiā ſiccitatē.non tamē oz ꝙ denſius ſit frigidius.terra enī denſioꝛ eſt q̄z aqua:⁊ non frigidioꝛ:ſimilr̄ aliquādo aer eſt eque calidus cum igne:⁊ denſioꝛ eo eſt. hec in naturali diſpōne ſūt.in p2eternaturali vero aqua calefactionē paſſa eſt calidioꝛ certo aere:quo ipſa eſt dēſioꝛ:ſed in mixtis nō p2eciſe omne denſius eſt frigidius: quia poſſibile eſt materiam denſam pati a foꝛti caloꝛe ⁊ intenſioꝛi q̄z patiatur materia non ſic denſa. Eſt igitur in mixto denſo materia frigidoꝛum elementoꝛum paſſa

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tamē a fortiori calefaciēte: vel forte per actionē fortem
leuia euaporarunt ⁊ grauia remanſerunt paſſa a calore.
¶ Tertio dicendū de duro ⁊ molli. Ariſto. 7. phyſi. tex.
com̄. 14. ꝑma ꝯria ſunt calidū ⁊ frigidū humidū ⁊ ſiccū.
ꝯria ſequētia iſta ſunt. vbi gr̄a. duricies mollities: ⁊ ſcdo
de gn̄atione. textu com̄. 13. molle eſt humidi: durū vō ſic-
ci. hoc itelligo ſuppoſita in eis actiuaꝝ qualitatū equali-
tate: aut in rebus eiuſdē ſpēi. oē eni molle eſt humidum:
⁊ nō ecōtra: quapropter mollities ē ex humiditate: ⁊ du-
ricies ex ſiccitate. verba ſunt Auer. ſcdo de gn̄atione. cō.
13. Si aūt durū ⁊ molle ad rarū ⁊ denſuȝ cōpararent̄. di-
xit Auer. 4. phy. com̄. 85. denſitatē ſequit̄ grauitas ⁊ du
ricies: eſt verū vt in pluribꝰ: qꝛ aliqn̄ grauiꝰ eſt magis ra-
rū: qꝛ plūbū eſt grauius ferro ⁊ rarius. Similr̄ ꝙ rarita-
tē ſequit̄ molle ⁊ leue. In hoc eni reprehendit Auer. Ale
xādrū afrodiſeū: qꝛ nō oē leue eſt rarū: pȝ in nube: neqȝ
omne rarū eſt leue: pȝ in vitro. Et iuxta Auer. 3. celi. cō-
mēto. 10. lapis pretioſus diaphanus: vt ſaphirus: eſt gra-
uis ⁊ rarus. Dicēdū eſt igit̄ ꝙ preciſus eſt ordo iſtarū q̄-
litatū ꝯriarū ad calidū frigidū humidū ⁊ ſiccū: ſed vniꝰ
ad alterā ordo nō eſt preciſus: ſed variari pōt. vt patȝ in
glacie: que dura eſt ⁊ humida: ⁊ in metallo qđ eſt molle
⁊ fluxibile in potētia nō in actu. ⁊ tn̄ ipſuȝ eſt ſiccū: licet
cōiter molle ſequat̄ humidū: ⁊ durū pendeat a ſicco: fri-
gidū tamē etiā indurare pōt: vt terra vincente igneȝ ſic-
ciſſimū ſui frigiditate. Intelligenda eſt tamē differentia
īter argumēta fieri in cōcretis terminis: ⁊ in abſtractis:
ſi eni ſic arguit̄. hoc eſt durū: g̊ a frigido vel ſicco. valet.
ſi autē arguit̄ hoc eſt durū: ergo frigidū vel ſiccū: ꝯn̄tia
nō ſic valȝ. qꝛ non opȝ qualitatē vincentē vt induret in
mixtione vincere. ¶ Quarto. de aſpero ⁊ leui Auer. ſcdo
aīa. com̄. 117. ex qualitatibus primis fiunt aſperū ⁊ durū.
Et ſcdo de gn̄atione. cōmēto. 15. aſperitas eſt ſiccitatis: le
ne aūt humiditatis. ¶ Cōtra. ibi Auer. vitrū ē lene: ⁊ nō
humidū. ¶ Rn̄o. lenitas ex humiditate ē in ſuperficiali
extremitate corporis repta: que humiditas non poſtea
vincit in mixto. lapides eni in aqua geniti lenes ſūt ⁊ du
ri ⁊ ſicci: hoc pȝ de lapide fulgureo deſcēdēte: iteriora. n.
illius ⁊ dura ſūt ⁊ ſicca: exteriora vero lenia: niſi forte in
illius lapidis acutie: vbi eſt vt ſerra: vt pl'ies mihi expien
tia oſtēdit. ideo Auerro. ſcdo de gn̄atione. com̄. 15. aſperi-
tas ſignificat ſiccitatē multā in ſuperficie. lenitas vō hu
miditatē in eius ſuꝑficie. ¶ Quinto de groſſo ⁊ ſubtili.
Ariſt. 3. celi. tex. com̄. 43. ex raro ⁊ paruis ꝑtibus fit ſub-
tile: ex denſo aūt ⁊ magnis partibus fit ſpiſſuȝ. ſcdo autē
de gn̄atione. com̄. 10. omne ſubtile eſt humidū. ⁊ nō ecō-
tra. ¶ Cōtra. ignis eſt ſubtilis ⁊ ſiccus. ¶ Rn̄o. de ſub-
tili fluido verū eſt: in elr̄tis eni calidis cōuerſio aeris in
ignē a calore aerē ſubtiliat: exalatio etiā: que mixtū iper-
fectū eſt: ſubtilis ē ⁊ ſicca. ¶ Sexto. de lubrico ⁊ arido.
ſcdo de gn̄atione Ariſto. tex. com̄. 10. ſubtile ⁊ groſſuȝ: lu-
bricū ⁊ aridū: durū ⁊ molle: ⁊ alie dr̄ie tangibiliū: q̄s nu-
merauit ex his ſunt. ſcȝ calido: frigido: ⁊ humido: ⁊ ſicco.
Et com̄. 11. ibi omne lubricū humidum ⁊ nō eꝯ. Ariditas
vero ſiccū. tex. com̄. 12. ¶ Dicēdū igit̄ ꝙ caliditas: frigi-
ditas: humiditas: ⁊ ſiccitas ſunt q̄litates tangibiliū prie.
dixit eni Ariſt. ſcdo de partibus aialiū. capite ꝑ̊. humidi-
tas eni ⁊ ſiccitas: caliditas ⁊ frigiditas mā̄ ſunt corporuȝ
cōpoſitorū. cetere aūt dr̄ie eas ſequūtur: vt grauitas ⁊ le
uitas: ⁊ relique id genus affectiones: qꝛ ꝑmū ſubm̄. ſcilȝ
mā̄m ꝑmā ſibi in quatuor ꝑtes diuidūt. ¶ Scdo. quia
ipſe ſunt dr̄ie primoꝝ corporū: que ſunt elr̄a. ¶ Tertio.
qꝛ ad illas alie ſenſibiles qualitates reducunt̄. ¶ Quar
to. qꝛ ille ſunt ꝯrie actiue: nullū alterās vniuocū ꝑſuppo
nentes. licȝ eni celū ſit primū alterās: ipſuȝ tn̄ eſt equoce
alterans. ¶ Sed dubitat̄ ꝑ̊ qꝛ itellectio: ſenſatio: lumē:
ſunt qualitates: quas neutra illaruȝ quattuor precedit.
¶ Rn̄o. lux equiuoce dr̄ de celeſti ⁊ iferiori: celeſtis eſt
ante qualitates primas ſequēs itellectū: queadmodum
quātitas eius ſequit̄ eundē. ſi eni ipſa ſequeret̄ mā̄m ce-
li: iam eſſet ideterminata quātitas ⁊ nō determinata: qđ
eſt cōtra Auer. in lib. de ſubſtātia orbis. capite ꝑ̊. cuȝ igit̄
quātitas celi terminata ſit: ⁊ nō iterminata: ipſa ſequitur
formā celi: ⁊ nō mā̄m: queadmodū motus ſequit̄ intelle
ctū in mā̄ quāta operantē. Sed de iſta luce nō eſt ſermo
apud nos: qꝛ de differentijs tangibiliū loqmur: de qbus
oſtendit ſe loqui Ariſt. ſcdo de gn̄atione. tex. com̄. 8. neqȝ
lux eſt qualitas ꝯriū habēs: neqȝ figura. lux autē iferior
eſt qualitas ſcda: poſterior qualitatibus ꝑmis. Si auteȝ
influentiā celeſtē poneres: illa eſſet excluſa: qꝛ nō eſſet tā
gibiliū dr̄ia. ¶ Scdo dubitat̄: qꝛ vnū ſubm̄ tantū vnaȝ
ꝯrietatē ſibi determinat. ¶ Sed mā̄ prima eſt vnū ſub-
iectū: ergo tm̄ vna prima eſt ꝯrietas. Iſta eni via incedit
Ariſt. ꝑ̊ phy. ad inueniēda tria eſſe rerū nāliū ꝑncipia.
vult eni tex. com̄. 56. ꝙ in vnoquoqȝ genere ſit vna ꝑma
ꝯrietas: ſuba eſt primū genus. ¶ Rn̄o. nō tantū eſt vna
ꝯrietas ꝑma: qꝛ tūc nō eēnt niſi duo elr̄ta: qđ eſt contra
ſenſum. Secūdo dico duas eſſe ꝯrietates primas. vt idu
ctione declaratū eſt. Tertio dico pro ph̄i intētione habē
da. ꝑ̊ phy. ſufficere duas ꝑmas ꝯrietates in vnā ꝑuatiuaȝ
oppōnē reduci. ſ. qualitatē primā ⁊ ꝑuationē eius: ⁊ hec
oppō analogiā hȝ ad oppōnē priuatiuā in ſubſtātia: ⁊ ſic
reſolutio terminat̄ ad formā ſubalē ſimplicē ⁊ priuatio-
nē eius: quoꝝ ſubȝ primū ⁊ etiā imediatū eſt prima mā̄.
ſubſtātialibus aūt formis nō eſt itrinſece ꝯriū: ſed bene
illis eſt ꝑuatiue oppoᵐ. niſi reſoluas reſolōne metaphyſi
ca formas mā̄les ad imā̄les: qꝛ ea reſolutione facta ꝑua
tio ꝑdit̄: qꝛ ſubales forme celeſtes priuatiue oppoſitum
nō habēt. ſub luna igit̄ priuatio ſubalis manet. ⁊ tūc illa
duo ꝑncipia ſunt ſimplr̄ ꝑma. ſ. forma imā̄lis ⁊ mā̄ ſubta
illi: que ſemꝑ manēt etiā in idētitate nūerali apud philo.
¶ Or ſi dixeris ꝯrarietatē paſſiuarū qualitatuȝ poſte-
riorē eſſe ꝯrietate actiuarū. ¶ Rn̄o. qualitates ꝑme ad
elr̄oꝝ naturas cōparari poſſunt: ⁊ ſic nō dicūtur paſſiue:
ſed actiue oēs: ſed cū ad mixtoꝝ nā̄m cōparant̄: due di-
cte ſunt actiue: due vero paſſiue: ſiccum eni difficilē facit
paſſionē: humidū vero facilē: ⁊ ſic per pati diffiniunt̄: ⁊
ſic paſſiue dicte ſūt. Dicūt̄ igit̄ due ꝯrietates ꝑme nega-
tiue: qꝛ nulla eſt ꝯrietas prior eis: neqȝ vna earū eſt ꝑ̊or
altera: neqȝ vna ab altera depēdet: queadmodū etiā q̄t-
tuor qualitates dicte ſunt prime. q̄uis caliditas alijs ea-
rū ſit ꝑfectior. ¶ Dubitat̄ tertio. qꝛ videt̄ ſiccitatē non
eſſe ponēdā qualitatē primā: qꝛ oēm ſiccitatis effectum
apta eſt caliditas facere: puta duriciē aſꝑitatē. ¶ Rn̄o.
nō oēm effectū ſiccitatis pōt caliditas cōplere: qꝛ ſiccuȝ
ex aqua terrā gn̄are pōt: qđ caliditas facere nō pōt. ſcdo
dico ꝙ caliditatis ē exiccare per accn̄s: ⁊ nō per ſe. puta
cū caliditas facit humidū ſubtile mixti euaporare: groſ-
ſo remanēte. an̄ aūt agēs ꝑ accn̄s ponimꝰ agēs per ſe.

Dubitatur ſexto. Utrū ambe qualita-
tes: quas vnū elr̄tum ſibi
determinat: ſint ſūme. ¶ Rn̄o. qđlibet elr̄tuȝ
duas qualitates hȝ: qꝛ aliter nō qđlibet elr̄tū
haberet ad qđlibet aliud elr̄tū ꝯrietatē: neqȝ
eſſet cū qđlibet alio miſcibile. ꝯn̄s falſum: qm̄ mā̄m ha-
bent eiuſdē rōnis. ¶ Scdo dico ꝙ qđlibet elementum
vnā qualitatū ſibi ꝑmo determinat. ⁊ ſūmā. iuxta Ariſt.
ſcdo de gn̄atione. tex. com̄. 49. dicentē ꝙ mixtū ex terra
⁊ aqua eſt mixtū etiā ex aere ⁊ igne: qꝛ aliter illud mixtū
eſſet frigidū in ſūmo: ſed hoc nō ſequit̄: ſi elr̄tū nullā q̄li-



tatē ſibi in ſūmo determinaret. ¶ Tertio. dico ꝙ nullū
elr̄tū duas ſibi ꝑmo determinat qualitates: qꝛ tunc vnā
nā̄m ſequerent̄ duo ſine ordine: ⁊ imediate. Tū qꝛ non
vnicuiqȝ elemēto remaneret qualitas: quā ſibi ꝑmo de-
terminaret. ¶ Quarto. dico ꝙ elemētū qđlibet duas hȝ
qualitates: quaꝝ vnā ſibi ꝑmo determinat: aliā vō ſcdo.
qm̄ impoſſe eſt eandē qualitatē duobꝰ ſubtis alteriꝰ ſpēi
eque ꝑmo cōuenire. iō cū caliditas igni ⁊ aeri cōueniat.
vni ꝑmo: alteri vō ſcdo attribuet̄: ſi aūt aeri caliditas pri
mo conueniret: nā̄ ipſuȝ in cōcauo celi locaſſet: qꝛ ibi ve-
locitate motꝰ celi caliditas aptiſſime cōſeruat̄. ignis igit̄
eſt ꝑmo calidus: aer vō ſcdo. ꝓportionabilr̄ de alijs pri-
mis qualitatibus iudicādū. aer eſt ꝑ̊ humidus: aqua eſt
ꝑmo frigida: ⁊ terra eſt ꝑmo ſicca. oē aūt ꝑmo tale ē ma-
xime tale. 2. meta. tex. com̄. 4. ⁊ ſi tale gradus habet: tūc
prio tale eſt ſūme tale: ⁊ ꝑſertiȝ cū ipſuȝ eſt naturalr̄ di-
ſpoſitū. cū igit̄ qđlibet elr̄toꝝ ſit alterabile a ſua natu-
rali diſpōne: pōt eſſe ꝙ nulla qualitatū elr̄ti ſit ſumma.
¶ Quinto. dico ꝙ qualitas quā ſibi ſecūdo determinat
elr̄tū eſt ſūma: cū ipſum eſt in ſua nāli diſpōne: qꝛ ſi illa
eſſet remiſſa: aut per ꝯrij admixtionē: aut ſine. ſi per cō-
trarij admixtionē: tūc elemētū naturaliſſime diſpoſituȝ
triū eſſet qualitatū: qđ eſt icōueniēs: qꝛ tūc eēnt oīa elr̄a
ſymbola. tū etiā ſimplici nāe elr̄toꝝ repugnat ꝙ quali-
tas: quā ſibi determinat in ſua nāli diſpōne ſit rupta per
cōtrariū inexiſtēs. hanc ſniaȝ hȝ Auer. 3. celi. com̄. 67. di-
cens ignis qualitates. ſ. caliditatē ⁊ ſiccitatē eē in ſūmo.
Si aūt qualitas elr̄ti ſit remiſſa ſine ꝯrij permixtione:
ſequit̄ latitudinē qualitatis ſubito induci. patȝ ꝯn̄tia. ſit
ignis ſūme calidus: ſiccus vero in meᵒ gradu latitudis.
tūc illi approximet̄ ſūme exiccatiuū: tc̄ iſte ignis ſubito
fiet ſiccus: qꝛ nihil iſtius ignis reſiſtit exſiccanti. ꝙ ſi oȝ
eſſe ſucceſſiuā alterationē: opȝ ibi eſſe humidū reſiſtens:
⁊ ſic remiſſionē eē cū ꝯtrarij ꝑmixtiōe. Cōfirmat̄. ſit ter-
ra ſūme ſicca: ſȝ frigida vt. 3. cui applicet̄ ignis dominā5.
⁊ ſequit̄ ꝙ inductis tribus gradibus caloris eſſent tres
gradus frigoris expulſi: ⁊ ſic in fine huiꝰ alteratiōis fiet
cōuerſio terre in ignē: qꝛ ignis tūc cōplete dn̄at̄ materie
terre: qꝛ nihil habȝ ibi ſibi reſiſtēs: ⁊ ſic gn̄abit̄ ignis val
de remiſſi calidi: aut reſiduū calori ſubito iducet̄. ¶ Or
ſi dixeris ꝙ gradus frigiditatis ꝑexiſtentes in terra ex-
pectant ibi latitudinē caliditatis eſſe ſupra mediuȝ. tunc
ſequit̄ idē. ſ. latitudinē ſubito iduci: qꝛ in approximatio-
ne ignis ad terrā nō habȝ terra: quo reſiſtat calori: quia
ſua frigiditate ipā nō reſiſtit: qꝛ caliditas pluriū graduū
eſt cōpoſſibilis illi frigiditati terre. ideo frigiditas illi ca
liditati multe nō reſiſtit ne iducat̄. ¶ Cōfirmat̄. ſi elr̄tū
ſibi determinet qualitatē vnā remiſſaȝ ſine ꝯrij ꝑmix-
tione: ſit aqua ſūme frigida ⁊ humida in medio gradu la
titudinis: terra aūt ſit ſicca in ſūmo ⁊ frigida. vt. 4. ⁊ ſit
terra potētior q̄ȝ aqua: ⁊ ſequit̄ ꝙ nō habebit terra iſtru
mentū: quo ſibi aſſimilet aquā in frigiditate: niſi remiſ-
ſus gradus frigiditatis ſummū gradū frigiditatis expel
lat de ſubiecto: qđ eſt incōueniens. ¶ Sciēdū eſt ꝙ eq̄-
litatē graduū formarū nō neceſſario ſeq̄t̄ equalitas vir-
tutis actiue earū: niſi forme fuerit eiuſdē rōnis: ⁊ cetera
fuerint paria: puta multitudo forme que ex mā̄e multi-
tudine variat̄ ⁊ iudicat̄: ſeu ſubti denſitate vel raritate.
¶ Sexto. dico ꝙ elr̄tū extra ſuā nālē diſpoſitionē exn̄s
nō eſt ſummū. pȝ. qꝛ qđlibet elr̄tū eſt alterabile a cōtra-
rio elr̄to: ſiue illi ſymbolo: ſiue nō: ⁊ ſic cū elr̄tuȝ eſt paſ-
ſum violentiā aliquāto tēpore: ipſum eſt remiſſuȝ. Dixit
eni Ariſt. 4. metheorū. ⁊ Auer. ꝯm̄. 10. magis eni frigidū
aqua q̄ȝ aer calidus. ¶ Itē Ari. ſcdo de gn̄atōe. terra eſt
magis ſicci q̄ȝ frigidi. vbi Auer. cōmēto. 23. terra eſt ma
gis ſicca q̄ȝ frigida. Itē Auer. 4. celi. ꝯmēto. 39. Omnes
ꝯueniūt ꝙ humiditas in aere eſt maior q̄ȝ caliditas. Itē
Ariſt. ſcdo de partibus aialiū: aqua feruens calidior eſt
q̄ȝ ignis exiguꝰ. Itē aer trahit̄ ad pulmonē aialis gratia
euentādi cordis igniculū. vt cōtra Galenū in libro. de iu
uamento anhelitus. dixit Ari. in libro de reſpiratione. g̊
aer eſt minus calidus calore cordis. pȝ ꝯn̄a. qꝛ aliter nō
euentaret aer cordis caliditatē: ſed cōſeruaret eā: aut in-
tēderet. Itē experiētia. ignis nos alterat ad calorē: ⁊ nō
aer. cōſiderāda eſt tamē ignis mixti nā̄: qm̄ denſior ē q̄ȝ
aer: neqȝ eſt diaphanus: ſed aer ſic. Itē aer eſtatis eſt ni-
mis calidus reſpectu hoīs. ⁊ aer veris cōueniēs eſt homi
ni. g̊ aer: vt ſit homini locus cōueniēs: nō eſt aer calidus
in ſūmo. Or ſi dicas aerē iferiorē a terra: aqua: aut vapo
ribus. aut alio frigefieri. hoc eſt intētū. ſ. nō oēm qualita
tē elr̄ti eſſe ſūmā. Itē miſcibilia ſunt elr̄ta. g̊ ipſa in ſuis
q̄litatibꝰ ſunt remiſſibilia: ꝙ ſi miſcent̄. remittunt̄. dixit
eni auer. 4. metheo. ꝯm̄. 10. ad hoc vt ad mixtionē veniāt
elr̄ta: opȝ potētias eoꝝ nō eē equales: ⁊ ad hoc vt poten
tie eoꝝ nō ſint equales: opȝ vnā qualitatū eē ſummaȝ ⁊
aliā nō. Experiētia etiā pȝ. ignis eniȝ magis calefacit q̄ȝ
exſiccet. patȝ eo agēte in aquā q̄uis frigidiſſimā: non tn̄
humidiſſimā. eā eni cito calefacit: ſed nō cito exſiccat. g̊
in ꝑ̊ eē ignis ex aqua geniti ignis ſiccitas nō eſt ſumma.
Caliditatem igitur ignis ſibi primo determinat: ⁊ ſicci-
tatē ſecundo. Aer humiditatem primo: caliditatem vero
ſecundo. conſeruans caliditateȝ ignis eſt celum ſuo mo-
tu velociſſimo rem calefactibilē cōterente: intrinſecum
vero cōſeruās eſt forma ſubſtātialis ignis. remiſſa vero
eſt aeris caliditas ꝑꝑ certā diſtantiā a velociſſimo motu.
⁊ humiditas eſt ſūma: cuius cauſa nō eſt negatiua tantū:
qꝛ eam non cōſumat caliditas: qꝛ caliditas ⁊ humiditas
ſe cōpatiunt̄ in ſimplici corpore: licȝ in mixto vnius ꝑtis
caliditas humiditatē alterius partis aliqn̄ faciat euapo
rare: frigiditatē vero ſibi prio aqua determinat. humidi
tatē vero ſcdo. Terra eſt prio ſicca. ſecūdo vero frigida.
⁊ ſicca nāliter eſt terra: nō ꝑꝑ expreſſionē humidi factaȝ
ex partiū terre conculcatione: quāuis in mixtis terre hu
miditatibus fiat grauitate ⁊ frigiditate humiditatis ex-
preſſio: que expreſſio nō ita velociter fit: qn certo tēpore
duret mixtū ex ſicco frigido cū humido. ¶ Dubitatur
ꝑmo. ſi miſcibilitas elr̄oꝝ ſequit̄ qualitatū illoꝝ iequa-
litate: tūc ſi naturalr̄ miſcibilia ſunt elr̄a. ipſa nāliter ſūt
inequaliū qualitatū. ¶ Rn̄o. differt mixtio ab aptitu-
dine ad mixtionē: mixtio eni qualitatū rupturā preſup-
ponit: ſed aptitudo ad mixtionē duplex eſt: propīqua: re-
mota. ꝓpinqua eſt cū actuali qualitatū iequalitate: ſȝ re
mota ſtat cū vtriuſqȝ qualitatis in ſūmo equalitate. ſtat
tn̄ forte agens elr̄o: vndequaqȝ ſūmo applicitū ipſuȝ ad
mixtionē cogere: neqȝ ipoſſe eſt elr̄tū ſm̄ duas qualitates
equalr̄ remiſſuȝ venire ad mixtionē ⁊c̄. ¶ Scdo dubi-
tat̄. qꝛ qualitas mixti eſt itenſior qualitate elr̄ti. g̊ elr̄tū
nō hȝ qualitates ſūmas. probat̄ an̄s. qꝛ grauitas mixti
eſt maior grauitate elr̄ti. g̊ ⁊ qualitas. pȝ an̄s: qꝛ plūbuȝ
eſt grauius q̄ȝ terra: puta ſtante paritate in quantitate.
Auer. 3. celi. com̄. 9. ⁊ ſic intelligendus eſt Auer. 4. ce. cō-
mento. 11. plumbi quātitas minor eſt maior quantitate
maiori ferri: ſimilr̄ aurū eſt grauius terra: ſimilr̄ argētū
viuū. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ opiū ⁊ mādragora ſunt frigidiora
aqua: qꝛ tanta aque quātitas nō ſic ifrigidat corpus hu-
manuȝ: quanta opij: imo opiū magnū imprimit effectū
in frigidādi: vbi aqua frigida nedū aialibꝰ non nocet: ſed
eis maxime ꝯfert. ¶ Rn̄o. velociſſime deſcēdere plum
bo attribuit̄: nō tn̄ ꝯparato plūbo terre: que ad plumbi
mixtionē venit: qꝛ impoſſibile eſt ꝙ mixtū ex grauiſſimo ⁊



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nō grauiſſimo ſit grauiꝰ grauiſſimo ad mixtionē venienti: preſertim cū eoꝝ par quātitas fuerit: plumbuꝫ igitur certam terrā: que eſt graue ſimplr̄ vincit in grauitatiōe. puta illā: que formā terre habꝫ nō ſummā: ſed remiſſaꝫ. ponere enī duas grauitates ſiue ſubſtātiales ſiue accidētales in eodē mixto: quarū vna eſt ſimul: alia vō mixta ſuperfluuꝫ eſt in natura. eadē reſponſio eſt de auro ⁊ argento viuo. Similiter licet igni noſtro attribuatur feruere: ⁊ nō el'ntari: ⁊ eidē attribuat̄ actiuitas rōne calcate caliditatis: tn̄ ſumma caliditas elementari danda eſt. ¶ Ad cōfirmationē: in opio ⁊ mādragora eſt proprietaꝫ extinguendi calorē nālē. puta ſpūm: ⁊ frigefaciunt priuatiue deſtruēdo calidū qd̄ vitā ⁊ caliditatē aīalis ꝯſeruat. vbi aīalia vim habēt fortē reſiſtēdi qualitati: quā aqua eſt apta iprimere ⁊c̄. ¶ Tertio dubitat̄. qꝛ per excellēs frigus aqua cōuertit̄ in niuē ⁊ grādinē. ḡ ipſa nō p̄fuit frigidiſſima. Or ſi cōcedit̄ terrā in mixtione aut aquā eē cōpactiorē in natura ſua: ſequit̄ terrā poſſe pati cōdenſationē preternaturā. ¶ Reſpōſio aqua patiēs a forti frigido cōgelat̄: nō tn̄ frigefit magis q̄ꝫ eſſet p̄us: dūmodo nō fuerit remiſſe frigida prius: ideo verſus nām lapidis reducit̄ a ſicco. dare aūt denſius aqua nō incōuenit. ꝙ ſi ad tactū appareat glaties frigidior: eſt qꝛ potētior eſt illa frigiditas imprimere in ſenſum q̄ꝫ prius: ꝓpter ſoliditatē ſubito acq̄ſitam. Terra aūt ſūma cōprimi non pōt: ⁊ ꝑ oēm alterius corporis cum ea mixtionē terra redditur maiorem locum occupans.

Dubitatur ſeptimo. Utrū figuraꝫ aliquā ſibi determinet el'ntū. ¶ R̄ñ o. ꝙ non. qꝛ homogeneū eſt el'tū: non aūt eſt oīs figura diuiſibilis in figuras toti cōſimiles. vt pꝫ de circulari ⁊ pyramidali: de q̄bus magis videt̄ alterā earū igni ꝯuenire: aliter enī poſſibile eſſet diuidere elementū in partē quātitatiuā: que nō eſſet el'ntū: neq̄ꝫ ex el'to. rō eſt philo. 3. ce. tex. cōm. 65. Quelibet enī pars ignis eſt ignis: nulla ps pyramidalis eſt pyramis. ḡ ſibi nō determinat ignis pyramidalē figurā. 3. celi. tex. cōmēti. 48. ¶ Cōtra. nō quelibet pars celi eſt ſpherica: ⁊ tamē celū ē homogeneuꝫ ſimplex ſibi determinās ſphericā figurā. ¶ R̄ñ o. dr̄ia eſt iter ſimplex curuarū dimenſionū ⁊ rectarū: qꝛ per realē partiū ſeparationē diuiſibile eſt corpus: qd̄ eſt rectarū dimenſionū ſed nō id qd̄ curuarū eſt. ſcd̄o qꝛ partes in actu hꝫ corpꝰ rectarū dimēſionū: dūmodo nō fuerit ſub minima quātitate: certa enī pars ignis pōt ſubſiſtere: nulla autē celi pars ſubſiſtere pōt ex̄ totū ſuū. Or ſi pars el'ti potēs ſubſiſtere eſſet alterius rōnis ab el'nto: ipſa eſſet el'ntū el'nti. ⁊ ſic ante el'ntū eſſet aliud el'ntū prius. ¶ Secūdo. el'nta figura cōtinentis figurari pn̄t. ergo ipſa nō habēt terminatas figuras: ſic ꝙ ſine figura data ſtare non poſſint. ratio eſt philo. 3. celi. tex. cōm. 68. ¶ Tertio. el'nta ſunt māoīum figurarū mixtis appropriataꝝ receptiua. ergo nullā eaꝝ ſibi determinānt. Or ſi in infinitū variabiles ſunt figure: ſiue nāliter: ſiue nō: mixtis cōuenientes: maior eſt ambitus receptibilitatis figurarū q̄ꝫ formarū ſubſtātialiū. ¶ Quarto. ſi el'nta haberēt figuras proprias: nō poſſet ex eis fieri mixtū. pꝫ ꝯſequētia: qꝛ figure nō admiſcēt̄ adinuicē. 3. celi. tex. cō. 68. ¶ Forte dices figuras el'toꝝ ſuſcipere magis ⁊ minus: quēadmodū elementoꝝ forme ſuſcipiūt. ¶ Huic ſe opponit Auer. 3. celi. cōm. 67. cōueniunt figure cū formis ꝑfectis in hoc ꝙ cōſiſtūt in idiuiſibili: ideo alterationē recipere nō pn̄t. vt. 7. phy. philo. ⁊ in p̄dicamētis. ¶ Or ſi per ſpheriū corpus itelligere volueris: corpus tantum vna ſuperficie cōtentū a centro illius corporis equaliter diſtante. tunc nedū el'nta ſpherica eſſent: ſed neq̄ꝫ celi: q̄ꝛ cōcauā hn̄t ſuperficiē. quēadmodū ⁊ tria el'nta alia a terra. terra vero cauernoſitates habet: aut aqua: aut alio corpore repletas: cuius exterior ſuꝑficies montes ⁊ valles hꝫ: eā nō eſſe perfecte ſphericā oñdētes. ⁊ dato ꝙ ad ꝑfectā ſphericitatē exterior ſuperficieꝫ ignis accederet: qꝛ celi cōcauū eſt vē ſphericū: cui: ne det̄ vacuū: imediari hꝫ ignis: nō enī facile aliorū corpoꝝ ꝑmixtionē tolerat ignis. nō tn̄ iſeparabilis ē hec figura ab ipſo. vt ex ꝑtibus ignis varijs ibi aſcendentibus ⁊ deſcēdentibus iudicari pōt. quēadmodū enī nō neceſſariū eſt ignis ꝯcauū eſſe ꝑfecte ſphericū: ſic nō eſt neceſſariū aerē eſſe perfecte ſpericū: aqua aūt nō vndeq̄q̄ꝫ terram ambit: neq̄ꝫ cētrū ſuū. ideo plus alijs el'ntis quantū ad h̄ recedit a ſphericitate. ¶ Cōtra. figura: qua per motū naturalē figurat̄ aliq̄d: eſt ibi nālis: ſed ſpherica eſt huiꝰ: qꝛ ꝑtes terre naturalr̄ petunt centrū. ⁊ cum nō ſit poſſibile ꝙ omnes ſint in cētro: tūc motu earū a grauitate in circulū diſponunt̄: vt cētro melius approximēt: ſm̄ ꝙ poſſunt. Hoc cōfirmat caſus grauiū ſuꝑ ſuperficiē terre ad equales angulos. derelictis enim duabus terris in aere nāe ſue: ipſe ad angulos acutos tendētes: duas lineas rectas ſuis motibus deſcribēt. eo fit vt motꝰ hominis ſuꝑ terrā quodāmodo ad ſphericū declinet: q̄ꝛ linea capite deſcripta longior eſt ꝙ linea pedibus deſcripta. ¶ Secūdo. deciſio lune ab vmbra terre ſm̄ giboſaꝫ diſcretionē inter ꝑtes lune illuminatas ⁊ nō illuminatas eſt: qd̄ nō eſſet niſi terra eēt ſpherica. ¶ Tertio. ſucceſſiua ſtellarum apparitio: que prius latebant ambulantē ad ōterminatū polum. puta articū ſphericitatē terre oſtendit. vt tangit ph̄s ſcd̄o celi. ad fineꝫ. ¶ Confirmatur. defectus lune in oriente circa tertiam noctis horā apparentes: circa primā horaꝫ noctis nobis apparent. qd̄ ex giboſitate terre eſt: non permittente ſoleꝫ. ita cito oriri nobis: ſicut orientalibus orit̄. ¶ Idem iudiciū eſt de ſtellis ꝓꝑe polos exiſtentibus: que aliquibus nō occultant̄: aliquibus vero ſic. ¶ Reſponſio. aliud eſt elemēto figurā eſſe naturalē: ⁊ elementū determinare ſibi figurā: tūc nālis eſt ſpherica figura el'nto: quia naturalr̄ ſibi cōuenit. vt ſanitas aīali nāliter cōueniēs eſt: ſine qua tamē viuit anial. ſed figuram nō ſibi determinat elementū: quin ſine illa ipſum reperiri poſſit. ¶ Ad primū. terra ſuo motu ſphericitati meliꝰ appropinquat iuxta poſſe. qꝛ natura de poſſibilibus facit qd̄ melius: ſed illā nō attingit: ob multas cauſas: aque autē fluxibilitas ſuperficiem reddit a cētro equaliter diſtanteꝫ: niſi aliud impedierit. Ex quo ſequit̄ ꝙ ideꝫ vas in in eleuatiori loco a centro minus de aqua continet q̄ꝫ in loco propinquo centro. pꝫ ꝯn̄tia: qꝛ equalis portio circuli parui plus recedit a linea recta q̄ꝫ equalis portio circuli maioris: ide fit ꝙ ſpherica corpora magna in ſuperficie viſa quaſi plana apparere: ⁊ terraꝫ q̄ſi plane ſecare orientem ſoleꝫ apparere. ſed ſuperficies aq̄ in vaſe prope terrā eſt vt porio parui circuli. ⁊ in eodem vaſe alto eſt. vt equalis portio circuli maioris: qꝛ equaliter vndequaq̄ꝫ diſtantem a centro ſuperficiē ſeruat aq̄. quia ad concauitatem partes aque circunſtantes ꝯfluūt ⁊ ab eminentiori defluunt. Sed forte aqua in vaſe violēter contenta non diſponit̄ ſm̄ partes ſicuti extra vas ſm̄ ſuā ꝓpriā naturā diſponeretur. ¶ Ad ſcd̄m. vmbra ab obiecto quāuis non ſpherico ad diſtantiā protenſa rotūdatur. quemadmodū quadratū ad diſtantiaꝫ viſum apparet circulariter. ⁊ quēadmodū lumen per foramē quadratū tranſiens in diſtantiam rotundat̄. ideo negat̄ cōſequentia. vmbra terre ſm̄ portionē circuli diſcernit inter partes lune illuminatas ⁊ non illuminatas. ergo terra: cuius eſt vmbra: eſt ſpherica. ¶ Ad tertiuꝫ. ſufficit ꝙ terra verſus ſphericum declinet. Et ſimilr̄ ad ꝯfirmationes. Argumentum aūt qd̄ probat ſphericitatē aque: poſito ſigno in pupi ipſum apparet prope: ⁊ non diſtans. ḡ aqua arcuat̄: ſupponit ꝙ medium. ſ. aer non ita ingroſſatur ab aqua prope aquā ꝙ viſionē impediat. vbi aer diſtantior ab aqua non ſic ingroſſari poteſt: ⁊ ꝙ non plus impedit viſionem paucus vapor q̄ꝫ multus.

